CATALOGUS
CODICUM MANU SCRIPTORUM,
QUI IN BIBLIOTHECA CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI
CLAUSTRONEOBURGI
ASSERVANTUR.

AUCTORIBUS
HERMANNO PFEIFFER,
BIBLIOTHECARIO EMERITO,

ET

DRE BERTHOLDO ČERNÍK,
BIBLIOTHECARIO ET ARCHIVARIO.

TOMUS II.

CLAUSTRONEOBURGI MCMXXXI.
TYPIS ET SUMPTIBUS CANONIAE CLAUSTRONEOBURGENSIS.



Augustinus-Druckerei, Stift Klosterneuburg.

Praefatio.

In descriptione codicum n. 261—n. 452 bibliothecae canonicorum regularium s. Augustini Claustroneoburgi, qui codices operibus theologicis et philosophicis eximiis abundant, easdem normas secuti sumus, quas in exaratione prioris tomi ante oculos habuimus. Illae regulae, a bibliographis peritissimis statutae, maxima ex parte in publicatione Societatis Leoninae in Austria „Regulativ für die Bearbeitung von Manuscripten-Katalogen (zunächst der Bibliotheken der österr. Stifter und geistl. Corporationen), nach den Vorschlägen der hochw. Herren Bibliothekare Albin Czerny (Stift St. Florian), Dr. P. Otto Grillnberger (Stift Wilhering) und Gottfried Vielhaber (Stift Schlägl), entworfen von der historischen Section der Leo-Gesellschaft. Wien 1895." propositae sunt. Ante omnia breviter de notis exterioribus uniuscuiusque codicis tractamus, deinde accurate recensemus, quod singulus codex continet, titulos operum vel tractatuum nominaque auctorum eorum ex libris manu scriptis depromentes et, si ibi erronea sunt, ea intra uncos adiectos corrigentes aut, si ibi desunt, illa ex aliis fontibus hausta item uncis inclusa apponentes. Omnia, quae ex codicibus citamus, eadem forma afferimus, quam a scriptoribus suis acceperunt. Indices auctorum et operum anonymorum nec non rerum in finem totius catalogi nostri reposuimus, ne editio huius tomi longius protraheretur. Ut autem nihilominus usus eiusdem commodior esset, registrum initiorum operum manu scriptorum amplissimum adiunximus. Libri typis impressi, qui nobis catalogum hunc elaborantibus haud semel inservierunt, in tomo primo annotati sunt, insuper ad eorum numerum sequentes pertinent:

Fischer H., Die lateinischen Pergamenthandschriften der Universitätsbibliothek Erlangen. Erlangen 1928.

Geyer B., Die patristische und scholastische Philosophie. 11. Auflage. Berlin 1928. In Friedrich Ueberwegs Grundriß der Geschichte der Philosophie, 2. Teil.

Jakob G., Die lateinischen Reden des seligen Berthold von Regensburg. Regensburg 1880.

(Lienhart) Georgius, Spiritus literarius Norbertinus. Augustae Vindel. 1771.

Meindl C., Catalogus oo. canonicorum regularium Reichersberg. a prima fundatione usque ad annum jubil. 1884. Lincii 1884.

Nagl J. W. u. Zeidler J., Deutsch-Österreichische Literaturgeschichte. 1. B., Wien 1899.

Pez B., Thesaurus anecdotorum novissimus: seu veterum monumentorum praecipue ecclesiasticorum, ex Germanicis potissimum bibliothecis adornata collectio recentissima. VI tomi. Augustae Vindel. 1721—1729.

Roth F. W. E., Zur Bibliographie des Henricus Hembuche de Hassia dictus de Langenstein. Beihefte zum Centralblatt für Bibliothekswesen, 1. B., Leipzig 1888/89, S. 96—118.

Scholastik. Vierteljahresschrift für Theologie und Philosophie. Freiburg i. B. 1926 ff.

Wichner J., Geschichte des Benediktiner-Stiftes Admont. 4 Bände. Admont 1874—1880.

In **canonia Claustroneoburgensi,** mense Ianuario 1931.

Auctores.

261

Membr. s. XII. ex.; 137 f.; 26.8×16.6 cm.; man. I; ligat. antiqua lign., corio fusco obducta; litterae initiales rubrae, f. 38 littera initialis maior cum pulchris ornamentis; tegum. ant. a in schedula adglutinata titulus codicis s. XV.; teg. ant. b: *„Can. reg. Claustroneoburg. bibliothecae iure inscriptus 7. Sept. 1656;“* f. a cap. a: nota de argumento codicis praesentis, s. XII.: *„Bernhardus: De libero arbitrio. Hugo: De institucione noviciorum. Item epistole beati Bernhardi Clarevallensis. Prepositi de Nuvenburch“*; subter ut f. 137': *„Liber sancte Marie in Niwenburga. Al. Saxo“*, s. XIII. ex. et: *„Iste liber est gloriose virginis Marie in Newnburch“*, s. XV.; inferius probationes pennae et versus (in scriptura humanistica s. XV. ex.):

„Augustinus. Vive deo gratus,
Toti mundo tumulatus,
Crimine mundatus,
Semper transire paratus.“

F. a cap. b ex medio s. XIII. copia diplomatis Friderici I., quo clero et ministralibus ecclesiae Salzburgensis aperit, se post abdicationem archiepiscoporum Adalberti et Heinrici Chunradum consanguineum suum palatinum neoelectum archiepiscopum ecclesiae Salzburgensis de regalibus investivisse (1177 Aug.); editionem vide in Hund, Metropolis Salisburgensis I 73 sq., Gewold, Chronicon monasterii Reicherspergensis, Monachii 1611 p. 254 sq.; de re agit: Meiller, Regesten z. Gesch. d. Salzburger Erzbischöfe, 129; f. 72: *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali“*, s. XV.; f. 137' et teg. post a sententiae: *„Ad veniam curras, ad vindictam pigriteris“*, s. XV., in script. humanistica eiusdem temporis: *„Labor et latebre, hec vitam solent honestare monasticam“*. In marginibus codicis variae correctiones.

1. F. 1—18. R. Incipit epistola (ad opus) **Bern(hardi), Clarevallis abbatis: De gracia dei et libero arbitrio.**

Inc.: *„Opusculum de gracia et libero arbitrio, quod illa, qua scitis occasione nuper aggressus sum“*. Opus inc.: *„Loquente me coram aliquando et dei graciam in me commendante“*. Expl.: *„Denique, quos iustificavit, non quos iustos invenit, hos et magnificavit“*.

Ed. Migne P. L. t. 182 col. 1001 sqq.

2. F. 19—37. R. **Hugo (de s. Victore): De institutione noviciorum.**

Prol. inc.: *Quia, fratres, largiente domino de vana conversatione huius seculi per desiderium sanctum conversi estis“*. Opus inc. (f. 19'): *„Primum igitur scire debetis, quod hanc scientiam, quę ad institucionem recte et honeste vivendi pertinet“*. Expl.: *„Bonitatem vero, orate, ut vobis det deus. Amen“*.

Ed. Migne P. L. t. 176 col. 925 sqq.

3. F. 38—122. R. **Epistole abbatis P. (recte: s. Bernhardi) de Claravalle.**

Inc.: *„Alviso, abbati Aquiscinti monasterii, B(ernhardus) salutem ex corde. Retribuat vobis deus misericordiam, quam fecistis in filium vestrum Goduinum"*. Expl.: *„De omnibus satis facere poterit"*.

Epistolae codicis nostri apud Migne P. L. t. 182 sequentibus numeris signatae sunt:

F. 38—39: n. 65; f. 39—43': n. 78; f. 43'—45: n. 254;
f. 45—49': n. 11; f. 49'—50: n. 12; f. 50—55: n. 2;
f. 55—60': n. 1; f. 60'—65: n. 107; f. 65: n. 117;
f. 65—66: n. 69; f. 66—68: n. 72; f. 68—68': n. 73;
f. 68'—69': n. 82; f. 69'—70: n. 83; f. 70—70': n. 102;
f. 70'—71': n. 85; f. 71'—72': n. 79; f. 72'—73': n. 70.

Verba: *„Si misericordia superferatur iudicio"* sequitur additamentum spurium, incipiens: *„Rem similem, quam mihi contigisse memini"*, cf. Migne P. L. t. 182 col. 183 not. 204. F. 73'—77: n. 87; f. 77—78': n. 88; f. 78'—79: n. 89 (Epistola haec in codice nostro paulo brevior expl.: *„Noveris digne conversari iustosque penitentię fructus exhibere. Et si in id, quo eum videmus, usque in finem perseveraverit, salvus erit".)* F. 79—79': 90. (Epistola praesens in codice nostro incompleta per verba expl.: *„Non autem quiescant corda die ac nocte in lege domini meditando")*.

79'—80: n. 139; f. 80—81: n. 104; f. 81—81': n. 105. (Epistola haec, in codice nostro mutila, verbis inc.: *„Dum vivis in carne, morere mundo".)*

F. 81'—82: n. 106; f. 82—83': n. 68; f. 83'—84': n. 67;
f. 84'—85: n. 95; f. 85—85': n. 96; f. 85'—88: n. 98;
f. 88—89': n. 8; f. 89'—90': n. 111; f. 90'—91': n. 114;
f. 91'—92: n. 118; f. 92—92': n. 125; f. 92'—93': n. 91
f. 93'—94: n. 24; f. 95—95': n. 127; f. 95'—96': n. 158;
f. 96': n. 156; f. 96'—97: n. 159; f. 97'—98': n. 150;
f. 98'—99: n. 152; f. 99—99': n. 25; f. 99'—101': n. 113';
f. 101'—107': n. 126; f. 107'—108: n. 143; f. 108—109': n. 178;
f. 109'—110': n. 314; f. 110': n. 136; f. 110'—111': n. 129;
f. 111'—112': n. 131; f. 112'—113: n. 130; f. 113—113': n. 132;
f. 113'—114': n. 392; f. 114'—115: n. 168; f. 115—115': n. 212;
f. 115'—116: n. 169; f. 116—117: n. 124; f. 117—117': n. 359;
f. 117'—119: n. 4; f. 119—119': n. 83; f. 119'—120: n. 416;
f. 120—120': n. 417; f. 120': n. 406; f. 120'—121: n. 119;
f. 121—121': n. 102; f. 121'—122: n. 312.

(Epistola n. 83 iuxta Migne P. L. t. 182 in codice nostro bis apparet: f. 69'—70 et f. 119—119'. Epistola in cod. nostro f. 94—95, ab editionibus s. Bernhardi non allata, inc.: *„Misereatur vestri omnipotens deus. Quid voluistis facere? Quis vos crederet, ad tantum prorumpere malum hominem tantis preditum bonis"*. Expl.: *„Ut tedeat animam meam vitę meę etiam vobis et vestris in pace quiescentibus")*.

4. F. 122—134'. (**S. Bernhardi, abbatis Claraevallensis, tractatus: De moribus et officio episcoporum.**)

Prol. inc.: *„Domino ac venerabili H(einrico) Sesonensium archipiescopo frater B(ernhardus), si quid potest peccatoris oratio"*. Tractatus inc.: *„Igitur*

ex quo regni celorum claves deo auctore vobis traditas suscepistis". Expl.: „*Dum modum moremque sollempnem in scribendo servare nescirem*".

Editionem vide Migne P. L. t. 182 col. 809 sqq.

5. F. 134'—135. **(Homilia in illud:) Beatus vir, q(ui) n(on) ab(iit) i(n) c(onsilio) impiorum.**

Inc.: „*Consilum priorum est cultus dei et fides promissionum dei*". Expl.: „*Amor parentum socialis, naturalis, spiritualis, divinus*".

Cf. Xenia Bernhardina I 2, 946 sqq.: sermo LXXII.

6. F. 135—137'. **(Sermo de septem donis spiritus sancti.)**

Inc.: „*Mediator dei et hominum Christus Iesus, qua convenientia et necesxitate in reconciliatione humani generis*". Expl.: „*Suos intelligentie dona discernere faciat per eundem*".

Eundem sermonem laudat Denis o. c. II col. 542 sq.

262

Membr. et chartac. (f. 1—26: sexternus et unus complexus septem plagularum, quarum externae et internae plagulae membr., reliquae chartac., f. 27—69 membr., f. 70—141 chartac.); man. II, I.: f. 1—67 ant. med. s. XV., II.: f. 70—140 inc. s. XV.; 141 f.; 28,5 × 20,8 cm; col. 2, f. 27—69: col. 1; ligat. antiqua coriac. caerulei coloris cum clausuris goticis ex aurichalco et membro primo catenae, quo codex temporibus elapsis in armario detinebatur; litterae initiales maiores f. 1 et 27 picturis pulchris ornatae, reliquae caeruleo vel rubro colore exaratae; tegum. ant. a in schedula adglutinata membr. argumentum codicis, s. XVI. inc.: „*Bernhardus ad Eugenium papam, Item historia quadripartita. Ibidem Petrarcha: De vita solitaria*"; teg. ant. b et f. a cap. a et b: fragmentum mandati a notario quodam apostolico transsumpti Iohannis XXIII. papae, Wilhelmo praeposito ecclesiae s. Stephani Viennae dati (Bononiae 1410, maii 25) ut clerico dioecesis Eystetensis, Ulrico Hausegker, qui ab eodem papa exspectativam acceperat, apostolica auctoritate beneficium aliquod ad monasterium Mellicense pertinens in dioecesi assignari faciat et transsumpti litterarum exsecutiarum dicti Wilhelmi pro eodem Ulrico Hausegker ad episcopum Pataviensem vel eiusdem vicarium generalem nec non ad abbatem et conventum monasterii Mellicensis datarum; teg. ant. b et f. a. cap b: argumentum codicis, s. XV. med.; f. 1: „*Can. reg. Claustroneoburgensium bibliothecae iure inscriptus 27. Sept. 1655*"; f. ad calc. a et b nec non teg. post. a: fragmentum instrumenti notarii Iacobi Lote, quo Chunczo de Zwola, decretorum doctor, scolasticus ecclesiae Olomucensis, sacri palatii apostolici causarum auditor, in causa, quam Ulricus Hausegker, contra quemdam Leonhardum Gruber, occupatorem ecclesiae parochialis ad sanctum Laurentium in Moosbrunn, cuius patronus tempore illo abbas Mellicensis fuit, movet, illos, quorum interest, citat, Constantiae 1415.

1. F. 1—25. Prol. inc.: „*Cogit animum dictare aliquid, quod te, papa Eugeni beatissime, aut edificet aut delectet vel consoletur*". Opus inc.: „*Unde iam ego incipiam, libet ab accupacionibus (!) tuis*". Expl.: „*Proinde is sit finis*

querendi". (R.) Et ita finitur **Bernardus: De consideracione ad Eugenium papam**. In fine: *„Sint Christo g(loria) l(aus) et h(onor)"*.

Ed. Migne P. L. t. 182 col. 727 sqq.

Idem opus extat in cod. 246 (6). F. 25'—26 script. vacant.

2. F. 27—67'. **(Quadripartitum opus, seu collectio fabularum in IV libris cuiusdam Cyrilli.)**

R. Liber primus in historia quadripertita (!). Sequitur argumentum libri primi. Operi verba praemittuntur: *„Quadripartito opere in sequentibus proceditur primo contra inprudenciam, secundo adversus superbiam, tercio contra avariciam et quarto contra intemperanciam, ut ita quadruplex viciorum regnum in statua Nabugodonosor visum exemplis curiose feriatur"*. Opus initium sumit a fabula, quae inscribitur: *„Semper disce et in extremis horis"* et inc.: *„Vulpes decrepita cupidine ardens plus sciendi querendo magistrum"*. Expl.: *„Contra ordinem nature laborat. Hiis dictis quievit"*.

Editiones recenset Hain n. 5903 sqq. et Rose l. c. II 2 p. 987 et II 3 p. 1152, qui et de manuscriptis nec non de auctore „Quadripartiti operis" disserit, ut iam pridem Denis o. c. I 2167 sq.

F. 68 et 69 script. vacant.

3. F. 70—140. R. **Francisci Petrarce laureati liber vite solitarie primus incipit ad Philippum, Cavalicensem episcopum.**

Praefatio inc.: *„Paucos homines novi, quibus opusculorum meorum tanta dignacio tantusque sit amor"*. Opus (f. 72') inc.: *„Credo ego generosum animum preter deum, ubi finis est noster"*. Expl.: *„Bene suades, recte consulis, verum dicis. Amen."*

Ed. in Francisci Petrarchae omnia, quae extant opera, Basileae 1581 t. I, 224 sqq.

F. 141 sine scriptura.

263

Membr. s. XII. ex.; 191 f.; 29,2 × 20,5 cm; man. I (eadem manus scripsit in coenobio Claustroneoburgense in cod. 25: f. 201—229 et in cod. 39: f. 121—219); ligat. rec.; litterae initiales communes rubrae, initialis maior f. 1 cum ornamentis et cum duobus avibus penna delineatis, in fundamento caeruleo et viridi colore picto, eminet; f. a cap. a' et f. 95: *„Liber s. Marie in Newnburga Claustrali"*, s. XV.; in eodem folio: *„Can. reg. 14. Aug. 1656"*; f. 111 et ter f. 119: *„Liber sancte Marie in Nuenburch"*, bis pro litteris vocalibus adhibitis signis cryptographicis, et: *„Al(bertus) Saxo de Hunoldesburch"*, s. XIII, ex.; in marginibus foliorum codicis nonnullae emendationes a scriptore adiectae et annotationes aliarum manuum.

F. 1—191. R. Incipiunt **sermones domini Bernhardi abbatis Clarevallensis in Cantica canticorum.**

Inc.: *„Vobis, fratres, alia quam aliis de seculo aut certe aliter dicenda sunt"*. Expl.: *„Utique suo Iesu Christo domino nostro, qui est super omnia deus benedictus . . ."*

Ed. Migne P. L. t. 183 col. 785 sqq.

In codice nostro sermo XXIV cum sermone XXV, initio et fine exceptis, ad amussim concordat, codex duas formas sermonis exhibet. Rationes differentiae explicat Migne l. c. col. 895 sqq. Sermones, qui in editione citata numeris LXXXIV, LXXXV, LXXXVI insigniti sunt, in codice nostro desunt.

264

Chartac. s. XIV. (c. a. 1370); f. 222; 29×20·5 cm; col. 2; manus I; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. a cap b: antiphonarii cum notis choralibus, s. XIV., fragmentum; f. a calc. a': gradualis cum notis choralibus, s. XIV., fragmentum; f. 1: et 87: *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali"*, s. XV.

1. F. 1—3'. R. Item **sermo eiusdem (s. Bernhardi de Claravalle) in pascha de septemplici purgacione lepre et quod in septem domini apparicionibus septiformis spiritus gracia appareat.**

Inc.: *„Sicut in corporum medicina prius purgaciones adhybentur:* Expl. *„Iam cepit sapiencia declarari"*.

Ed. Migne P. L. t. 183 col. 288 sqq.

2. F. 3'. R. **(S. Bernhardi abbatis sermo:) Quod medicina dei in aliis nichil et in aliis gradatim operetur.**

Inc.: *„Omnia, que de salvatore legimus, medicamina sunt animarum"*. Expl.: *„Conculcarent sathanam sub pedibus suis"*.

Ed. Migne P. L. t. 183 col. 666.

3. F. 3'—6. R. **(Sermo s. Bernhardi abbatis?) in die palmarum.**

Inc.: *„David futura spiritu previdens, „Liberavit", inquit, „dominus pauperem a potestate"*. Expl.: *„Cum odore virtutum in iudicio currere satagite, ut eum laudare, cum eo regnare valeatis, qui vivit et regnat . . ."*

Eundem sermonem vide in cod. 268 (18) bibliothecae nostrae nec non in cod. n. 777 bibliothecae nationalis Vindobonensis. De eo disserit Denis o. c. II 1 col. 1002. — Sequitur excerptum ex opere Hugonis de s. Victore „De arrha animae." Vide ed. Migne P. L. t. 176 col. 966 sq. — F. 6' script. vacat.

4. F. 7—8. R. **Sermo beati Augustini de resurrectione.**

Inc.: *„Passionem vel resurreccionem domini et salvatoris nostri Iesu Christi"*. Expl.: *„De sua divinitate nihil minuit et hominem, quem fecerat, liberavit, cui . . ."*

Ed. Migne P. L. t. 39 col. 2059—2061.

5. F. 8—10. R. **Sermo sancti (Pseudo-) Augustini de castitate etiam cum uxoribus observanda et qualiter adveniente die dominico vel reliquis festivitatibus debeant puritatem seu castitatem observare.**

Inc.: *„Magnum mihi gaudium, fratres carissimi, facitis“*. Expl.: *„Premia recompensentur, quod . . .“*

Ed. Migne P. L. t. 39 col. 2297—2301. F. 10' script. vacat.

6. F. 11—24'. **(Sermones festivales et dominicales beati Bernhardi abbatis.)**

Inc.: *„Gracias redemptori nostro, qui tam copiose prevenit nos.“*

Sermones codicis nostri apud Migne P. L. t. 183 sequentibus columnis editi sunt:

F. 11 —11': c. 368—369;	f. 15 —16 : c. 176—178;
f. 11'—12 : c. 369—372;	f. 16 —17 : c. 183—185;
f. 12'—14 : c. 167—171;	f. 17 —18 : c. 390—392;
f. 14 —15 : c. 173—176;	f. 18 —19 : c. 253—256;

f. 19 —24': c. 273—284.

7. F. 24'—27. **(S. Petri Damiani sermo in) dominica in passione domini.**

Inc.: *„De virga Yesse devenimus“*. Expl.: *„In cruce domini nostri Iesu Christi, qui est deus benedictus“*.

Ed. Migne P. L. t. 144 col. 761—766.

8. F. 27—27'. R. **(Sermo s. Bernhardi, abbatis) in diebus rogacionum de tribus panibus.**

Inc.: *„Quis vestrum habebit amicum . . . Quid est, quod amicum unum perhybet advenisse“*. Expl.: *„Et in talibus vita spiritus mei dicente scriptura: Quoniam vita in voluntate eius“*.

Ed. Xenia Bernardina I 1 p. 362 sq.

9. F. 27'—47'. **(Sermones festivales beati Bernhardi.)**

Inc.: *„Recunbentibus undecim discipulis . . . Apparuit vere benignitas“*.

Sermones apud. Migne P. L. t. 183 sequentibus columnis editi sunt.

F. 27 —28': c. 299—301;	f. 37 —41 : c. 316—324;
f. 28'—32': c. 309—316;	f. 41'—43 : c. 323—326;
f. 32'—34': c. 301—304;	f. 43 —46 : c. 326—330;
f. 34'—37 : c. 304—309;	f. 46 —47': c. 412—416.

10. F. 48—51'. R. **Sermo beati Bernhardi (?) de sancta Maria Magdalena.**

Inc.: *„Hodie misericordia et veritas obviaverunt“*. Expl.: *„Iudicem nostrum amicum suum, qui . . .“*

Sermo spurius, qui modo Nicolao Claravallensi, modo Petro Damiano tribuitur, ed. Migne P. L. t. 185 col. 213—220 et t. 144 col. 660—666. — Idem sermo extat in cod. 268 (9).

11. F. 51'—53. R. **(Sermo s. Bernhardi, abbatis) in assumpcione beate Marie.**

Inc.: „*Virgo hodie gloriosa celos ascendit*". Expl.: „*Sed et mores edificentur ad perfectum conversacionis*".

Ed. Migne P. L. t. 183 col. 415—417.

12. F. 53—57. R. **(Sermo) beati Bernhardi (?) in nativitate domini.**

Inc.: „*Multifarie, multisque modis deus locutus . . . Mulieres opulente surgite et audite vocem meam*". Expl.: „*Dignatus est nasci, qui vivit . . .*"

Hic sermo apud Migne non editus.

13. F. 57—72. **(Sermones festivales s. Bernhardi, abbatis.)**

Inc.: „*O Iuda et Ierusalem nolite timere. Veros ego iudeos alloquor*".

Sermones apud Migne P. L. t. 183 sequentibus columnis editi sunt:

F. 57 —60 :	c. 90— 94;	f. 65 —68 :	c. 122—126;
f. 60 —62':	c. 87— 90;	f. 68 —70':	c. 131—135;
f. 62'—65 :	c. 119—122;	f. 70'—72 :	c. 147—149.

14. F. 72—78. R. **Sermo beati Bernhardi de epyphania domini.**

Inc.: „*Cum natus esset Iesus in Bethlehem . . . Quia de sacratissima evangelice leccionis serie*". Expl.: „*Paciencie, quod humilitatis imitemur, ipso prestante, cuius regnum . . .*"

Hic sermo a Migne omissus.

15. F. 78—81'. R. **(Sermo)** beati Bernhardi (recte: **Petri Damiani) de nativitate beate virginis Marie.**

Inc.: „*De gaudiis properamus ad gaudia*". Expl.: „*Negans honorat, qui . .*"

16. F. 81'—91'. **(Sermones festivales s. Bernhardi.)**

Inc.: „*Signum magnum apparuit in celo . . . Vehementer quidem nobis, dilectissimi, vir unus et mulier una nocuerunt*".

Ed. Migne P. L. t. 144 col. 736—740.

Apud Migne P. L. t. 183 sequentibus columnis editi sunt:

F. 81'—89 : c. 429—438;
f. 89 —91 : c. 447—451.

17. F. 91'—96'. R. **Sermo** beati Bernhardi (recte: **Petri Damiani) de angelis.**

Inc.: „*Circa rerum cardinem versamur*". Expl.: „*Videbimus eum in decore suo, qui . . .*"

Ed. Migne P. L. t. 144 col. 794—800.

18. F. 96'—104. R. **Sermo beati Bernhardi de omnibus sanctis.**

Inc.: „*Festivitas omnium sanctorum hodie celebratur et dignum est*" Expl.: „*Absque omni dilatacione percipitur*".

Ed. Migne t. 183 col. 453—462.

19. F. 104—107. R. **Sermo** beati Bernhardi (recte: **Petri Damiani) de omnibus sanctis.**

Inc.: „*Hodie dies serenior avisit nobis*". Expl.: „*Ad sponsum ecclesie, Iesum Christum, dominum nostrum . . .*"

Ed. Migne P. L. t. 144 col. 811—815. — Idem sermo in cod. 268 (14).

20. F. 107—108'. R. **(Sermo) beati Bernhardi de dedicatione.**

Inc.: „*Olym rex gloriosus et propheta domini David*". Expl.: „*A quibus nos superna sua proteccione custodiat, qui est benedictus*".

Ed. Migne P. L. t. 183 col. 521—523.

21. F. 108'—114'. R. **Sermo (beati Bernhardi) de versu: Misericordia et veritas obviaverunt sibi.**

Inc.: „*Ut inhabitet gloria in terra nostra. . . . Gloria nostra hec est testimonium nostre consciencie*". Expl.: „*Amplexibus letis excipiatur a pace in idipsum, iam dormiens et requiescens*".

Ed. Migne P. L. t. 183, col. 383—390.

22. F. 114'—116'. R. **(Sermo) beati Bernhardi in purificacione sancte Marie virginis.**

Inc.: „*Hodie templi dominum in templum domini*". Expl.: „*In eos, qui convertuntur ad cor*".

Ed. Migne P. L. t. 183 col. 365—368.

23. F. 116'—119'. R. **(Sermo)** beati Bernhardi (recte: **Petri Damiani) in nativitate sanctorum Petri et Pauli.**

Inc.: „*Hodierna dies, dilectissimi, clara est et sollempnis*". Expl.: „*Aperiri celestium palacia mansionum*".

Ed. Migne P. L. t. 144 col. 649—652.

24. F. 119'—127'. R. **Sermo beati Bernhardi abbatis in concilio Remensi.**

Inc.: „*Reverendissimi patres et domini, ecce lecta sunt verba sancti evangelii in auribus nostris et utinam*". Expl.: „*Factum est illis in scandalum*".

Ed. Migne P. L. t. 184 col. 1085—1096.

F. 127'—130 pars sermonis in verba Sapientiae VII 30: „*Sapientia vincit malitiam*", qui **Guiberto, abbati de Novigento,** ascribitur, annexa est. Cf. Migne P. L. t. 184, col. 1085—1096.

25. F. 130'—136. **(Sermo beati Bernhardi (?) ad episcopos in concilio Remensi.)** R. Incipit **prefacio in sermonem beati Bernhardi, Clarevallensis abbatis, ad episcopos in concilio Remensi.**

„Rogasti me iam sepius, o cultor pauperum Christi devotissime, quatinus sermonem beati Bernhardi, abbatis Clarevallensis, in concilio Remensi ad episcopos habitum, litteris demandatum, tibi transmitterem, quod valde difficile, immo inpossibile michi videtur, eo quod non solum ante tot annos, verum ad heri et nudiustercius audita, si arcius memorie non recordant (!), facillime oblivioni tradantur. Quindecim quippe anni transacti sunt, ex quo synodus illa habita est. Sed quia devictus tua fide, (que) per dileccionem iam frequenter bonum poerata est in me, negare nequeo, quidquid postulaveritis, rogo te per caritatem Christi ne me ista dictasse sinceritati tue prodas neque commendatum tibi sermonem alieno vel invido communices, quia non verbum ex verbo, uti tunc in sermone isto prolata sunt, sed seriem materiei vix teneri (!) potui. Itaque, cum consedisset sacer ille conventus et, ut verum fatear, pre multitudine archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, prepositorum et aliorum clericorum pene innumerabilis, stans supra memoratus abbas a dextris pape venerabilis Eugenii, indicto silencio sic exorsus est."

Prologus idem in cod. nostro 825 f. 121 (s. XIV. in.)

F. 131—136. R. Sermo beati Bernardi (?) ad episcopos in concilio Remensi.

Inc.: *„Grave est, quod iniungitur michi, videlicet, ut doceam doctiores"*. Expl.: *„Factus sum insipiens, vos me coegistis"*.

Ed. Migne P. L. t. 184 col. 1079—1086. Idem sermo in cod. 825 f. 121—124' s. XIV. in.)

26. F. 136—142. R. **Sermo beati Bernhardi (? Petri Damiani?) in adventu domini de virgine gloriosa.**

Inc.: *„Exultate, fratres, in domino, quia de domina illa sermo succedit"*. Expl.: *„Sponsa ad sponsum, qui est deus benedictus . . ."*

Ed. Migne P. L. t. 184 col. 832—838 et t. 144 col. 557—653.

Idem sermo in cod. 268 (17).

27. F. 142—145. R. **Sermo beati Bernhardi abbatis in vigilia (nativitatis) domini.**

Inc.: *„Sanctificamini hodie et estote parati celebraturi dominice nativitatis ineffabile sacramentum"*. Expl.: *„Omne utile, omne honestum"*.

Ed. Migne P. L. t. 183 col. 105—109.

28. F. 145'—151. R. **(Sermo) beati Bernhardi in vigilia nativitatis domini.**

Inc.: *„Hodie scietis, quia veniet dominus . . . Quique terrigene et filii hominum audite"*. Expl.: *„Quia qui crediderit, salvus erit"*.

Ed. Migne P. L. t. 183 col. 94—100.

29. F. 151—157. R. **Sermo** beati Bernhardi (recte: **s. Odonis, abbatis Cluniacensis) in festo sancti Benedicti abbatis.**

Inc.: „*Festiva beatissimi Benedicti sollempnitas Christo domino propiciante refulget*": Expl.: „*Ut nobiscum sit deus pacis per ipsum. Amen*".
Ed. Migne P. L. t. 133 col. 721—729.

30. F. 157—163. R. **Sermo beati Bernhardi de sancto Benedicto.**

Inc.: „*Convenientibus nobis in unum ad audiendum verbum salutis*". Expl.: „*Que sic libidinem calcaverunt*".
Ed. Migne P. L. t. 183 col. 375—582.

31. F. 163—167'. R. **Sermo** beati Bernhardi (recte: **sancti Petri Damiani) de sancto Benedicto.**

Inc.: „*Dixit Symon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia. In huius patris nostri precipua sollempnitate*". Expl.: „*Et habundancius habeamus, Iesus Christus . . .*"
Ed. Migne P. L. t. 144 col. 548—553. — Idem sermo in cod. 268 (8).

32. F. 167'—176. **(Sermones beati Bernhardi in honorem B. M. V.)**

Inc.: „*Salve regina misericordie, vita, dulcedo . . . Domine, labia mea aperies . . .*".
F. 167'—171 ed. Migne P. L. t. 184 c. 1059—1065;
f. 171—173 ed. Migne P. L. t. 183 c. 415—417;
f. 173—176 ed. Migne P. L. t. 183 c. 421—425.

33. F. 176—181. R. **Sermo** beati Bernhardi (recte: **Petri Damiani) de assumpcione gloriose semperque virgines Mariae.**

Inc.: „*Hic totum decurrat ingenium et aureus sermo*". Expl.: „*Cum potuerint revelari*".
Ed. Migne P. L. t. 144 col. 717—722. — Idem sermo in ord. 268 (10).

34. F. 181—195. **(Sermones festivales beati Bernhardi.)**

Inc.: „*Hodie, fratres, celebramus adventus inicium, cuius utique*".
F. 181—185 ed. Migne P. L. t. 183 c. 35—40;
f. 185'—191 ed. Migne P. L. t. 183 c. 40—47;
f. 191—193 ed. Migne P. L. t. 183 c. 217—274;
f. 193'—195' ed. Migne P. L. t. 183 c. 256—259.

35. F. 195'—197. R. **Sermo** sancti Augustini **de Iacob et filio eius Ioseph.**

Inc.: „*Quocies vobis, karissimi, lecciones de testamento veteri recitantur*". Expl.: „*Excusare correcta prestante domino nostro . . .*"
Opus spurium; ed. Migne P. L. t. 39 c. 1765—1767.

36. F. 197—197'. R. **Dominica quarta in quadragesima, sermo** beati Iohannis episcopi (recte: **Petri Chrysologi) de Moyse et filiis Israel pugnantibus.**

Inc.: *„Stabat Moyses in monte non armis, sed precibus pugnaturus"*. Expl.: *„Qui hostem precium instancia non fatigat"*.

Ed. Liverani 190 sqq. — Idem sermo in cod. 193 (90).

37. F. 197'—199. R. **Dominica in passione beati Iohannis episcopi.**
Inc.: *„Magnum Ieremie sanctissimi meritum"*. Expl.: *„Celestis tribuat imperator"*:

Opus spurium.

38. F. 199—200'. R. **Sermo de die dominica.**

Inc.: *„Veneranda nobis est hec dies sancta"*. Expl.: *„Gustus cum dulcedine et gaudium eternum cum Deo patre . . ."*

De auctore nihil inveniri potuit. — F. 200' versus: *„Bernharde pater inclite, pro nobis tua prece pete."*

39. F. 201—206'. R. **Sermo beati Bernhardi (?) ad Petrum de corpore Domini.**

Inc.: *„Pater, sanctissime Petre, audi, quid loquatur deus in pauperculo servo tuo"*: Expl.: *„Dum tam mirabilia per vos operatur, qui . . ."*

Textus noster saepe ab eo, quem Migne edidit, differt.
Idem opus extat in cod. 264 (39), 817 (4), 1123 (1).

40. F. 207—208'. R. **Epistola s. Bernhardi de cura et modo rei familiaris (ad Raymundum dominum castri Ambruosii).**

Inc.: *„Gracioso et felici militi Raymodo . . . Doceri petis a nobis de cura et modo rei familiaris."* Expl.: *„Sue dampnabilis senectutis."*

Ed. Migne P. L. t. 182 col. 647—651.

41. F. 208'—210. R. **In septuagesima sermo beati Iohannis (Chrysostomi) episcopi.**

Inc.: *„Dignitas humane condicionis facile cognoscitur."* Expl.: *„Indulgenciam divina pietate percipiat. Per dominum nostrum . . ."*

Ed. Migne P. L. t. 95 col. 1205—1208. — Textus noster saepe ab eo differt, quem Migne edidit.

42. F. 210—212. R. **In sexagesima sermo beati Iohannis (Chrysostomi) episcopi.**

Inc.: *„Nemo est, qui nesciat, in principio hominem."* Expl.: *„Contempseris persuasorem, Christum dominum nostrum."*

Ed. Migne P. L. t. 95 col. 1208—1210.

43. F. 212—214. R. **In quinquagesima sermo beati Iohannis Chrysostomi.**

Inc.: „*Fides est religionis sanctissime fundamentum.*" Expl: „*Dominus revocaret, cui est honor . . .*"

Ed. Migne P. L. t. 95 col. 1210—1213.

44. F. 214—215'. R. **Dominica prima in quadragesima sermo sancti Augustini episcopi (?).**

Inc.: „*Inter dies devocionum sancte quadragesime*". Expl.: „*Animam reficit in eternum*".

Opus spurium, a Migne omissum.

45. F. 215'—216'. R. **Sermo sancti Augustini episcopi de quadragesima.**

Inc.: „*Moyses quadraginta diebus et XL noctibus in heremo ieiunavit.*" Expl.: „*Paucis diebus domino vivere debeamus, qui vivit . . .*"

Ed. Migne P. L. t. 47 col. 1142—1144.

46. F. 216'—218'. R. **Dominica secunda sermo** beati Iohannis (recte: **Petri Chrysologi) episcopi de Rebecca et geminis in utero certantibus.**

Inc.: „*Portabat Rebecca geminos in utre fratres.*" Expl.: „*Ex hereditate meruerit, quod est alienum.*"

Ed. Liverani 185 sqq.

47. F. 218'—219'. R. **Dominica quarta in quadragesima sermo beati** Iohannis (recte: **Petri Chrysologi) de Ioseph.**

Inc.: „*Mittitur a Iacob patre sanctissimo Ioseph sanctus.*" Expl.: „*Iustus iudex defuerit.*"

Ed. Liverani 187 sqq.

48. F. 221—222. (Registrum sermonum in hoc codice contentorum, incompl.)

265

Chartac. s. XIV. ex.; f. 191; 29·7×20·8 cm; col. 2; variae manus; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. a cap. b. et f. ad calc. a: fragm. commentarii in s. Pauli epistolas cum annotatione grammaticali, s. XII.; f. a cap. c et f. ad calc. c.: fragm. tractatus philosophici, s. XIII. ex; f. 1, 107, 191': „*Liber sancte Marie in Newnburga Claustrali*", s. XV.; f. 1: „*Bibliothecae can. reg. Claustroneoburgensi iure inscriptus 9. Octobris 1655*".

1. F. 1—5'. R. Incipiunt **contemplaciones beati Bern(hardi) (?), Clarevallensis abbatis, super passionem domini.**

Inc.: „*Sepcies in die laudem dixi tibi. Rogasti me, ut aliquem modum contemplandi in passione domini dei tui monstrarem tibi secundum VII horas diei*". Expl.: „*Sedebis ibi iuxta eum ad monumentum eiusdem domini nostri Iesu Christi, qui . . .*"

Opus spurium. Ed. Migne inter Bedae Ven. opera ascetica dubia P. L. t. 94 col. 561 sqq. Idem opus in cod. 205 (18).

2. F. 5'—18. R. Incipit **tractatus sancti Bernhardi (?), Clarevallensis abbatis, super evangelium Iohannis: Stabat iuxta crucem Iesu.**

Inc.: *„Sicut christiane religionis defectus precipue ex ariditate causatur cordis"*. Expl.: *„Te tandem assumat in gloriam suam, ubi regnat . . ."*

Idem tractatus asservatur in bibliotheca nation. Vindobon. n. 4241 (6), a Denis II 889—890 descriptus.

3. F. 18'—47'. R. Secuntur **sermones super antyphonas O: o sapiencia etc. in adventu domini,** sancti Thome, episcopi Cantuariensis et martyris **(recte: Engelberti abbatis Admontensis).**

Prol. inc.: *„Aspiciebam in visu noctis et ecce in nubibus . . . Daniel vir desideriorum"*. Opus f. 20 inc.: *„Laudes igitur et preces, que a fidelibus"*. Expl.: *„Misericordiam et gloriam in futuro, qui . . ."*

In fine versus:

„Aurea bis sena tibi pomula virga serena
Atque tuo nato presento munere grato".

Cf. Serapeum X p. 266. Idem tractatus extat in cod. 12 (3) et 372 (12). F. 48 script. vacat.

4. F. 49—97. R. Incipiunt **sermones de mortuis domini Berntrandi (de Turre).**

Inc.: *„In diebus illis audivi vocem . . . Propter quandam visionem ostensam divinitus de rege glorie"*. Expl.: *„Et intrabit cum sanctis patribus Ierusalem supernam, quod . . ."*

Bertrandus de Turre ex Cambolico (Camboulit), Candurcensis dioec., ex ordine Minorum a. 1319 ad archiepiscopatum Salernitanum assumptus, 1320 ad cardinalatum, demum ad episcopatum Ostiensem, obiit circa a. 1334. Cf. Wadding 42 et Supplem. 140; Hurter o. c. IV 430.

F. 77 nota: „Sermo de mortuis domini Berntrandi, cardinalis, postea creatus in papam Clementem (!)"

Sermones de mortuis non sunt editi.

Sequitur f. 97'—99 in additamento: R. **De animabus sermo.**

Inc.: *„Mittite partes eis, qui non properaverunt . . . Conswetudo est, quod aliqui usque ad mortem infirmati"*. Expl.: *„Possunt clamare cum psalmo: Circumdederunt me canes multi . . ."*

5. F. 99—118'. R. Incipiunt **prohemata (!) (Iohannis) Milicii per totam quadragesimam.**

Inc.: *„Acceperunt mercedem suam . . . Omnes: qui nunc in carnibus corrupti sunt"*. Expl.: *„Ad patriam salutis eterne, quod, ut fiat . . .* (R.) Expliciunt prothemata Melicii super quadragesimam.

Idem opus ineditum asservatur in bibl. univ. Pragae, cf. Truhlář, catal. cod. man. script. lat. II N. 1670 (1).

Iohannes Militius (Milicz), archidiaconus Pragensis, celeber concionator exeunte s. XIV. floruit. Cf. Fabricius — Mansi IV. 104; Jöcher III 533—534.

6. F. 118'—120'. R. Incipit **sermo** bonus **in die parasceve de beata virgine.**

Inc.: „*Quo abiit dilectus . . . Verba sunt ecclesie vel fidelis anime lugentis*". Expl.: „*Et respicias in faciem Christi tui, quod nobis prestare dignetur, qui . . .* (R.) Explicit sermo de passione domini, sed valde incorrectus, corrige eum tu lector, si non vis errare, nec neminem vituperacione confundaris(!).

De auctore nihil inveniri potuit.

7. F. 121'—137'. R. Incipit **tractatus domini Innocencii (III.) pape de contemptu mundi.**

Prol. inc.: „*Domino et Petro karissimo, dei gracia Portuensi episcopo, Lotharius indignus dyaconus*". Opus inc.: „*Quare de vulva matris mee egressus sum . . . Si talia locutus est ille*". Expl.: „*Sulphur et ignis ardens in secula seculorum*".

Ed. Migne P. L. t. 217 col. 701—746. — Cf. cod. 187 (2), 194 (7).

8 F. 137'—147'. Prol. inc.: „*Audistis, quia antichristus veniet . . . Nunc autem multi antichristi facti sunt*". Opus inc.: *De primo nota, quod fidem ratione ecclesie probant*". Expl.: „*Item, si paratus es omni poscenti reddere racionem fidei*". In fine (f. 147'): (R.) Explicit **tractatus de hereticis fratris Reinheri (Sacconi) de ordine fratrum predicatorum.**

Ed. in Max. bibl. veterum patrum XXV p. 262—274.

Rainerius Sacconus, Placentinus, primo Waldensium episcopus, dein monachus ord. praedicatorum et haeretici pravitatis per Lombardiam inquisitor obiit a. 1259. Cf. Quetif I 154—155; Fabricius Mansi VI 47. — F. 148' scriptura vacat.

9. F. 148'—169. R. Incipit **epistola beati Eusebii ad beatum Damasum, episcopum Portuensem, et ad christianissimum Theodonium, Romanorum senatorem de morte gloriosissimi Ieronimi, doctoris eximii nec non interpretantis lingwe ebrayce in latinum.**

Salutatio: „*Patri reverendissimo Damaso, Portuensi episcopo christianissimo Theodonio, senatori, Eusebius*".

Epistola inc.: „*Multipharie multisque modis olym deus locutus est hominibus suum per filium dilectissimum Ieronimum*".

Expl.: „*Et in futuro gaudia, que iam tu possides, adipisci. Amen*".

Ed. Migne P. L. t. 22 col. 239—282.

10. F. 169—172'. R. Incipit **epistola venerabilis doctoris (Pseudo-) Augustini episcopi ad beatum Cyrillum sanctum, Ierosolymitani pontificem, de**

magnificencia eximii doctoris Ieronimi et confessoris magnifici nec non interpretantis lingwe ebrayce in latinum.

Inc.: *„Gloriossissimi christiane fidei adlethe, sancte matris ecclesie lapis angularis"*. Expl.: *„Non enim suo equaliter defraudatur desiderio"*.

Hoc opus spurium ed. Migne P. L. t. 22 col. 281—289.

11. F. 172'—189. R. Incipit **epistola sancti (Pseudo-) Cyrilli Ierosolymitani episcopi ad beatum Augustinum doctorem eximium de miraculis sancti Ieronimi, doctoris eximii.**

Prol. inc.: *„Venerabili viro episcoporum eximio Augustino, Hyponensi presuli Cyrillus Ierosolymitanus pontifex . . . Illius sc. Ieronymi gloriosi, cuius memoria"*.

Epistola inc.: *„Post obitum gloriosi Ieronimi quedam heresis inter grecas sectas surrexit"*. Expl.: *„Mei, Augustine karissime, in tuis oracionibus memor esto. Deo gracias."*

Ed. Migne P. L. t. 22 col. 288—326. — F. 189'—191' scriptura vacant.

266

Chartac. s. XV. in.; f. 218; 29.6×19.9 cm; col. 2; manus I; ligat. rec.; f. a cap. b (membr.) registrum sermonum in codice contentorum s. XV. et inscriptio: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 9. Septembris 1656"*; f. a cap. b': *„Modus introduccionis novi sacerdotis ad possessionem unius ecclesie"*, s. XV.; f. 1, 121, 218': *„Liber sancte Marie V(irginis), in Neunburga Claustrali"*, s. XV.; in marginibus notae pro rubricatore et correcturae.

1. F. 1—43. **(Sermo de annuntiatione B. M. V.)**

Inc.: *„In mense sexto missus est angelus Gabriel . . . Multipliciter infinite divine beneficencie magnitudo protestatur exhibite"*. Expl.: *„Ascendere per illam tantum scalam, possumus ad deum pervenire, quia non est hic aliud, nisi domus dei et porta celi, ad quam . . ."*

De auctore huius et sequentium sermonum nihil inveniri potuit.

2. F. 43—43'. R. **De annunciacione Marie virginis (sermo).**

Inb.: *„Transite ad me omnes . . . Quia prima Eva sua temeritate et negligencia nobis viscera misericordie dei exsiccavit"*. Expl.: *„Ut detur mihi gracia ad loquendum, vobis ad audiendum, salutemus eam salutacione angelica"*.

3. F. 43'—46. **(Sermo de annuntiatione B. M. V.)**

Inc.: *„Ierusalem surge et sta in excelso . . . Ecce propheta sanctus ex-*

citet nos ut fidelis preco ad hodierne festivitatis gaudium". Expl.: *„Hic in gracia salutari et in futuro in gloria coronari. Amen"*.

4. F. 46—46'. R. **De annunciacione sermo.**
Inc.: *„Audite celi, que loquar . . . Consuetudinis est, sicut scitis, karissimi domini mei, ut magna et ardua negocia"*. Expl.: *„Graciam impetremus, ipsam cum archangelo salutemus d(icentes): ave, gracia plena"*.

5. F. 46'. **(De annuntiatione B. M. V. sermo.)**
Inc.: *„Audite celi, que loquar . . . Hodie dilectissimi festum gaudissimum et mirabile celebremus"*. Expl.: *„Ipsam matrem misericordie affectuossime salutemus d(icentes): ave Maria"*.

6. F. 46'—49. **(De annuntiatione B. M. V. sermo.)**
Inc.: *„Audite celi, que loquar . . . Legimus, karissimi, in lege veteri sanctum Moysen"*. Expl.: *„Ecce me tibi offero ac spirituali salutacione nos dignos efficiat, qui . . ."*

7. F. 49—61. R. **Sermo (= epistola) beati Ieronimi presbyteri de assumptione (B. M. V.).**
Inc: *„Cogitis me, o Paula et Eustochium, ymmo caritas Christi."* Expl.: *„Cum ipso et vos apparetis in gloria. Amen."*
Ed. Migne P. L. t. 30 col. 126—147.

8. F. 61—68. **(Sermo de assumptione B. M. V.**
Inc.: *„Que est ista, que ascendit . . . De his verbis, que beate Marie in hodierna sua solempnitate"*. Expl.: *„Ut ad spem eius glorie, de qua hodie minus ydonee sermonem feci, pervenire mereamur . . ."*
Idem sermo extat in cod. 567 (7).

9. F. 68—72'. R. De eodem (festo, i. e. **de assumptione B. M. V.).**
Inc.: *„Ascendam ad dominum . . . Verba proposita, karissimi, sicut scitis sunt beati Moysi(s)"*. Expl.: *„Nostri, domina, memento super sidera, ubi regnas . . ."*

10. F. 72'—76'. **(Sermo de assumptione B. M. V.).**
Inc.: *„Beatam me dicent . . . Magnitudo hodierne solempnitatis a dei potencia divinatur"*. Expl.: *Eternaliter cantare, quod ipsa nobis digneris impetrare . . .*

11. F. 76'—81. R. **De assumpcione Marie.**
Inc.: *Excutere de pulvere, consurge, sede Ierusalem . . . Quando enim rex vel princeps magnus vult facere suis principibus"*. Expl.: *„Cuius consorcium perducat. Amen."*
Idem sermo extat in cod. 567 (5).

12. F. 81—83. R. **De assumpcione virginis.**
Inc.: *„Ecce ascendimus Ierosolymam . . . Cum solempnes homines de terra sua recedunt“.* Expl.: *„Super omnes hos Maria ascendit et in eternum regnat . .“*

13. F. 83—85. **(Sermo de assumptione B. M. V.).**
Inc.: *„Vis ire cum homine isto . . . Quare dictus patriarcha Abraham“.* Expl.: *„Et calciamenta in pedibus eius et facit ei convivium magnum et sic peccator deo plene reconciliatur et cetera“.*

14. F. 85—87. R. **Sermo de nativitate beate virginis Marie.**
Inc.: *„Parata sedes tua, deus, a seculo . . . In verbis propositis scilicet duo notantur, sed temporalis beate virginis nativitas“.* Expl.: *„Creatura sic sedit nec ipsa umquam aliquam creaturam sic suscepit“.*

15. F. 87—88. **(Sermo de nativitate B. M. V.).**
Inc.: *„Descendisti in domum viguli . . . Iste vigulus deum significat, qui omnes nos“.* Expl.: *„In annunciacione. Hac hodie natam scilicet laudibus inveneremur, ut ei cum filio suo in eternum commaneamus. Amen“.*

16. F. 88—90'. R. **Sermo (Pseudo-) Bernhardi de nativitate beate Marie semper virginis.**
Inc.: *„De gaudiis properamus ad gaudia et ferventem stilum“.* Expl.: *„Audi nos, nam te filius nichil negans honorat, qui . . .“*

17. F. 90'—95'. R. **De concepcione beate Marie.**
Inc.: *„Absit istam rem . . . Quod ergo sanctissima dei genitrix et gloria christianorum“.* Expl.: *„Quia Christus sic surrexit de muliere natus et fuit maior Ioanne baptizante, qui . . .“.*
Idem sermo extat in cod. 567 (4).

18. F. 95'—99. R. **De concepcione Marie virginis.**
Inc.: *„Domum maiestatis mee glorificabo . . . Videmus, quod postquam aliquis sapiens artifex“.* Expl.: *„Et consolatricem piissimam in omni miseria . .“,*

19. F. 99—101'. **(Sermo de conceptione B. M. V.).**
Inc.: *„Dixit deus, fiat lux . . . Scolastice dicunt recte, nisi nomen scieris, cognicio rerum perit“.* Expl.: *Idcirco dicit Anselmus ad episcopos, quod non est verus amator virginis, qui respuit celebre festum concepcionis“.*

20. F. 101'—104. R. **De purificacione virginis sermo.**
Inc.: *„Positus est . . . Quia hodie, karissimi, festum non solum gaudiosum, verum fructuosum“.* Expl.: *„Qui in nobis ruinam viciorum et resurreccionem virtutum profecisse operet“.*

21. F. 104—105'. R. **De purificacione virginis.**
Inc.: „*Domus Iacob venite ambulemus . . . Iacob, karissimi, sicut scitis, interpretatur luctator*". Expl.: „*Ad quam visionem nos perducat Iesus, lumen eternum, qui . . .*"

22. F. 105'—106'. R. **De purificacione Marie.**
Inc.: „*Statim veniet ad templum sanctum suum dominator . . . In verbis istis quatuor sunt notanda de adventu filii dei in templum*". Expl.: „*Beata virgo fuit non sancta solum in anima, sed in corpore. Rogamus*".
Idem sermo extat in cod. 505 (1).

23. F. 106'—107'. R. De eodem **(de purificatione B. M. V.).**
Inc.: „*Veniet ad templum sanctum suum . . . Antiqui patres cum magno desiderio*". Expl.: „*Ut ille in templo celesti nos suo patri velit presentari (!) Iesus Christus. Amen*".

24. F. 107'—109'. R. De eodem **(de purificatione B. M. V.).**
Inc.: „*Tulerunt illum in Ierusalem . . . In his verbis notandum est.*" Expl.: „*Manete in me, scilicet per dilecionem et ego in vobis videlicet per gracie confirmacionem et consummacionem. Rogamus dominum*".

25. F. 109'—110'. R. **De purificacione Marie.**
Inc.: „*Surge illuminare Ierusalem . . . Sicut est conswetudo hominum, quod, postquam expectaverunt*". Expl.: „*Apparebit in gloria, ubi lucebit in sanctis lux perpetua*".

26. F. 110'—114. R. **De annunciacione beate Marie virginis.**
Inc.: „*Ne timeas Maria . . . Maria sedens secus pedes domini*". Expl.: „*Graciam et gloriam dabit dominus, graciam in presenti, gloriam in futuro . .*"

27. F. 114—117. R. **De annunciacione Marie.**
Inc.: „*Solem nube tegam . . . Rorate coeli . . . Celum super nubes sunt.*" Expl.: „*Erit ibi status omnium bonorum agregacione perfectus, ubi nos perducere dignetur*".

28. F. 117—119. R. **De annunciacione Marie.**
Inc.: „*Verbum caro factum est . . . Themate solempnitas hodierna commendatur*". Expl.: „*Per eukaristie in verbo similiter perpetuam confessionem, quod . . .*"

29. F. 119—122'. R. **De annunciacione virginis.**
Inc.: „*Ave gracia plena . . . Cum ut ait beatus Ieronymus nulli dubium est, quin totum ad gloriam*". Expl.: „*Quo frui magis sitiunt, hoc est illa superna refeccione, ad quam . . .*"

30. F. 122'—124'. R. **De annunciacione Marie virginis.**
Inc.: *„Missus et angelus . . . In hoc ewangelio tria notantur, Gabrielis ad virginem missio“*. Expl.: *„Creditur autem conceptus VIII. kal. Aprilis et revolutus XXXIII annis, eadem die mortuus est, qui est benedictus. . . .“*

31. F. 124'—127. R. **De annunciacione Marie virginis.**
Inc.: *„Ecce ancilla domini . . . Verba sunt responsionis beate virginis eis, que dixerat angelus“*. Epl.: *„Virtutes has istis pedissequis figuratas nobis beata virgo una cum filio suo concedere dignetur, qui . . .“*

32. F. 127—129'. R. **De assumpcione virginis.**
Inc.: *„Fons ascendebat de terra . . . Sicut scitis, karissimi, quod in necessitatibus nostris bonum est recurrere“*. Expl.: *„Trahe corda nostra ad superna gaudia, ubi regnas . . .“*

33. F. 129'—130'. R. **De assumpcione Marie virginis.**
Inc.: *„Qui est ita . . . Si lingwis hominum loquar et angelorum, genetricem dei laudare“*. Expl.: *Sic et ipsa est oculus humani corporis . . .“*

34. F. 130'—132. **De assumpcione Marie virginis.**
Inc.: *„Te assumam et regnabis super omnia . . . Honor, si digne alicui confertur“*. Expl.: *„Humilem spiritu suscipiet gloria. Hanc gloriam . . .“*

35. F. 132—134. R. **De assumpcione (B. M. V.).**
Inc.: *„Veni in ortum meum, soror mea, sponsa . . . Hec verba sunt summi regis“*. Expl.: *„Qui redolet in diebus estatis . . .“*

36. F. 134—136'. R. **De assumpcione Marie.**
Inc.: *„Que est ista, que ascendit . . . Anima me liquefacta est . . . loquitur dilectus noster Iesus Christus“*. Expl.: *„Ad gloriam, de exilio ad regnum, de supplicio ad gaudium, ad cuius consorcium nos perducat“*.

37. F. 136'—137'. R. **De assumpcione virginis.**
Inc.: *„Ducta est Hester in cubiculum . . . Verba ista competunt regine nostre“*. Expl.: *„Cum iratus fueris, misericordie recordaberis“*.

38. F. 137'—141'. R. **De assumpcione virginis.**
Inc.: *„Ducta est Hester . . . Quantum ad historie adapcionem in verbis istis notantur 4or“*. Expl.: *„Et sic dicere potest: hec requies mea, quia inveni, quem diligit anima mea . . .“*

39. F. 142—144. R. **De assumpcione virginis.**
Inc.: *„Que est ista . . . Tanta est dignitas virginis“*. Expl.: *Habeamus accessum ad filium. Rogamus“*.

40 F. 144'—146. R. De eodem **(de assumptione B. M. V.).**

Inc.: *„Elevabitur ut aquila . . . In hiis verbis mistice intellectis"*. Expl.: *„Et per quod genuit"*.

41. F. 146'—149. **(De assumptione Mariae virginis.)**

Inc.: *„Rex Salomon dedit regine Sabba omnia . . . In quo describitur honor et gloria:"* Expl.: *„Distribuit graciam et perducit ad gloriam, ad quam . . ."*

42. F. 149—151'. R. **De assumpcione Marie.**

Inc.: *„Signum magnum apparuit in celo . . . Istud verbum de assumpcione."* Expl.: *„Evasit eam et suppeditavit."*

43. F. 151'—154. R. **De nativitate Marie.**

Inc.: *„Lux orta est . . . In verbis istis quantum ad presentem solempnitatem tria possumus considerare."* Expl.: *Letari debemus modo in presenti per graciam et in futuro per gloriam, ad quam . . ."*

44. F. 154—156'. R. **De nativitate Marie virginis.**

Inc.: *„Parata sedes tua . . . In verbis propositis duo notantur"*. Expl.: *„Peccatum nichil est et nichil sint homines, cum peccant . . ."*

45. F. 156'—158. R. **De nativitate Marie virginis.**

Inc.: *„Orietur stella ex Iacob . . . Qui audiunt me, non confundentur . . . Ultimum verbum propositum scriptum est in Ecclesiastico in laudem virginis"*. Expl.: *„Ad eternam claritatem lucis eterne . . ."*

46. F. 158—160'. R. **De nativitate virginis.**

Inc.: *„Quasi diluculum preparatus est . . . Quanto locus maior est ei dignior"*. Expl.: *„Non inveniebatur mundum ad recepcionem gracie . . ."*

47. F. 160'—164. R. **De nativitate Marie.**

Inc.: *„Paravi lucernam Christo meo . . . David prophetarum eximius."* Expl.: *Que in matre gesta sunt, demonstravit. Rogemus"*.

48. F. 164—166. R. **De nativitate Marie virginis.**

Inc.: *„Orietur stella . . . Cernens eterna sapiencia verbum patris, agnoscens."* Expl.: *„Indignabitur, inquit, furor meus et percuciam vos. Rogemus"*.

49. F. 166—169. R. **De nativitate Marie virginis.**

Inc.: *„Sicut sol oriens . . . Tanta est excellencia virginis gloriose"*. Expl.: *„Ad contemplacionem premii eterni per adiutorium virginis Marie et donum beatissime trimitatis, cui est honor . . ."*

50. F. 169—170'. R. **De nativitate virginis.**
Inc.: *„Orietur stella . . . leguntur Numeri XXIV. et conveniunt nativitati beate virginis."* Expl.: *„Sicut cynamomum et balsamum aromatizans etc. Rogemus."*

51. F. 170'—171'. R. **De nativitate virginis.**
Inc.: *„Fecit rex Salomon thronum . . . Rex deus, qui est pacificus"*. Expl.: *„Omne, quod desiderat, adipiscitur et acquiritur"*.

52. F. 171'—172. R. **De purificatione Marie virginis.**
Inc.: *„Postquam completi sunt dies purgacionis . . . Ista duo verba nobis sunt proposita."* Expl.: *„Graciam suam nobis non subtrahat propter peccata nostra, sed effectum verbo suo tribuat."*

53. F. 172—174'. **(Sermo de purificatione B. M. V.)**
Inc.: *„Postquam impleti sunt . . . In his verbis materia solempnitatis hodierne."* Expl.: *„Nec corde concipi, hec hereditas omnibus una, ad quam . . . ."*

54. F. 174'—176'. R. **De circumcisione domini.**
Inc.: *„Vocatum est nomen eius . . . Hodie Christus secundum institutum legis circumcisus fuit."* Expl.: *„In omnibus oracionibus allegat meritum Christi nomen eius subiungendo, dicit per dominum . . . "*

55. F. 176'—179'. R. **De epiphania domini.**
Chartac. s. XV.; f. 344; 30,5×21,7 cm; f. 229—250': col. 2; man. III; ligat. rec.; litterae initiales rubrae, plerumque desiderantur; tegum. ant. b in schedula membr. adglutinata: titulus codicis s. XVI.; f. 1, 175, 343: *„Liber beate Marie virginis in Neuburga Claustrali,"* s. XV.

1. F. 1—223. (Titulus in tegum. ant. b:) R. **Lectura magistri Iohannis Zink super Marcum.**

Prol. inc.: *„Lecturus evangelium beati Marci, ut eius et autoris maior cognoscatur auctoritas."* Opus (f. 4') inc.: *„Marcus ewangelista dei electus etc. Istum prologum Ieronimus ewangelio beati Marci premittit."* Expl.: *„Confirmabant sermonem sequentibus signis. Deo gracias."*

Haec lectura ceterum nullo loco inveniri potuit.

Ioannes Zink de Herzogenburg, 1410 theol. baccalaur., 1418 decanus facult. artist. universitatis Viennensis. Cf. Aschbach I 588—609. — F. 224—228' script. vacant.

2. F. 229—239. R. **(Sex sermones) de nativitate beate virginis.**

Inc.: *„[E]go mater pulchre dileccionis . . . Beatissima dei genitrix Maria hodie ex regali progenie.* Expl.: *„Filius Marie virginis, Iesus Christus. Amen."*

3. F. 241—250'. (Titul. in tegum. ant. b:) R. **Sermo de omnibus sanctis** (incompl.).

Inc.: *„[V]idens Iesus turbas . . . Crisostomus super Matheum ostendens."* Expl. (per verba): *„In corde contra . . ."*

F. 251—253 script. vacant.

4. F. 253—343. R. Incipit **liber (s.) Augustini de consensu evangelistarum, distinctus per quatuor libros.**

Prol. inc.: *„Per eosdem amicos."* Opus inc.: *„Inter omnes divinas auctoritates."* Expl.: *„Aput eum discipulis pedes lavat etc. (R.) Explicit IIII[us] liber de consensu ewangelistarum."*

Ed. Migne P. L. t. 34 col. 1041—1230. — F. 343' et 344 script. vacant.

349

Chartac. s. XV.; f. 221; 29×21 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. 1 et 125: *„Liber sancte Marie virginis in Newburga Claustrali,"* s. XV., f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae insciiptus 31. Oct. 1656."*

1. F. 1—124'. **(Henrici de Hassia lectura super prologo bibliorum.)**

Inc.: *„In principio creavit . . . Ita scribitur in capite tocius divine scripture, que incipit a libro Genesis."* Expl.: *„Ex premissis. Et sic est finis huius. Conclusio responsalis: wir sein all gerecht dye Iuden sint ungerecht etc. (R.) Hec data per egregium sacrosancte ac divinalis scripture professorem, magistrum Hainricum de Hassia."*

Idem opus extat in cod. 334. — Sequuntur additamentum de fide et sententiae patrum.

2. F. 125—130. Inc.: *„Quis michi det verbum."* Expl : *„Representat omnia complexe et incomplexe sicud verbum divinum etc."* (R.) Explicit **tractatus de verbo incarnato** multum profundus ab eximio sacrosancte scripture editus professore **magistro Hainrico de Hassia**, pie memorie defuncto.

Cf. Roth in Beihefte zum Centralblatte f. Bibliothekswesen I. H. S. 8 et Denis I 2214.

3. F. 130—139. **(Liber expositionis missae Henrici de Hassia.)**

Inc.: *„Cum brevis fuerit missa in verbis et in cerymoniis."* Expl.: *„De aliis accidentalibus officii misse satis patet in primo tractatu, ideo sufficiant, que dicta sunt de missa."* (R.) Datum per venerabilem magistrum Hainricum de Hassia.

Idem opus extat in cod. 168 (7) et 205 (9).

4. F. 139—145'. Prologus epistolaris ad Eckhardum, episcopum Vormatiensem, inc.: *„Reverendo in Christo patri ac domino domino Ekhardo, episcopo Wurmacensi, Hainricus de Hassia suum ut sequitur dicendum Pater noster. Divina sapiencia rebus omnibus."* Epist. (f. 140) expl.: *„Exposicionem legere non spernat vestra dignacio veneranda."* Expositio inc.: *„Dei filius Iesus Christus, ymago patris, homo factus."* Expl. (f. 145'): *„A quibus nos custodiat miseracio divina, qui sine fine vivit et regnat in secula seculorum. Amen."* (R.) Explicit **exposicio super Pater noster et Ave Maria eximii** sacre scripture professoris **magistri Hainrici de Hassia.**

Idem opus extat in cod. 194 (11) et 205 (9).

5. F. 145'—147. R. Incipit **(tractatus) de indumentis (sacerdotalibus Henrici de Hassia).**

Inc.: „*Induite vos armatura dei . . . Que armatura est vestis sacerdotalis.*" Expl.: „*Sed in missa pro defunctis dicitur: Requiescant in pace i. e. adoptetur eis requies eterne vite. Amen.*" (R.) Finitur per doctorem preallegatum.

A. Roth, Zur Bibliographie d. Henricus de Hassia, Centralbl. f. Bibliothekswesen II, Beiheft, 1888, hoc opus non memoratur.

6. F. 147'. **(Henrici de Hassia versus de essentia deitatis.)** (R.) Nota versus bonos et profundos de deitate.

Inc.: „*Esse, quod est ex se, deus est, per quem datur esse.*" Expl.: „*Postea de pena me duc ad gaudia plena. Amen. (R.) Per prefatum finitum.*"

Vide Roth o. c. p. 9 (N. 10).

Migne hos versus inter opera Hildeberti Cenom. ed. P. L. t. 171 col. 1417—1418.

7. F. 148—151. **(Ordo iudiciarius.)**

Inc.: „*Antequam dicatur de processu iudicii.*" Expl.: „*Illorum, quos informat etc.*"

Sequitur tabula contentorum et in fine: „(R.) Hec magister Hainriens de Hassia" (falso!).

Hic tractatus communiter, sed falso Ioanni Andreae tribuebatur. Cf. Schulte, Quellen II 225.

8. F. 151'—152. **(Copia litterarum facultatis theologiae universitatis Viennensis de tentationibus a. 1398.)**

Inc.: „*Quia fidelium vita multis temptacionibus.*" Expl.: „*Sine fine punietur. (R.) Datum Wienne anno domini 1398 decima octava die mensis augusti per nos Chunradum de Hebraco, abbatem Morimundi, Hainricum de Hassia et Hainricum de Oyta, sacre theologie professores, licet minimos et indignos in facultate theologie studii Wienn, actu regentes. Sigillis nostris, quibus utimur, hic inferius subappositis in testimonium, quod in omnibus premissis perhibemus veritati. Et quamvis premissorum omnium veritas testimonium habeat, sufficiens et irrefragibile sacrarum scripturarum sanctorum, doctorum et ecclesie sacrosancte ita, ut nostro, quantum in se est, non egeat testimonio, propter quosdam tamen infirme consciencie scrupulos ad nos perductos rogati instanter et permoti breviter sine allegationibus et racionibus summavimus supradicta etc.*"

9. F. 152'—153'. Inc.: „*Nota quatuor sunt symbola.*" Expl.: „*Fantasias delirant.* (R.) Hec **(excerpta ex opere) Wilhelmi (Alverni Parisiensis) de legibus.**

Alverni opera ed. Parisiis 1674. — Excerpta nostra I 18—102.

10. F. 153'—156. R. Incipit **epistola Leonis pape (contra errores Eutychetis et aliorum haereticorum).**

Inc.: *„Leo papa prime sedis episcopus. Ad filios ecclesie instruendos."* Expl.: *„Assumptum in gloria."*

Ed. Migne P. L. t. 54 col. 477—487.

Sequuntur aliquot glossae et enumeratio librorum s. scripturae.

11. F. 156'—163'. Prol. inc.: *„In principio primum principium."* Praemissis capitulis opus inc.: *„Beatus vir, cuius est auxilium . . . Cum beatitudo nichil aliud sit."* Expl.: *Ab omnibus absolutus ascendas."* (R.) Explicit **(itinerarium ad deum)** tractatus utilis et profundus ac multum ad devocionem excitans, **editus a fratre et domino Bonaventura,** cardinali etc.

Ed. Opera omnia, Quaracchi t. V 295—313. — In codice nostro cap. VII 6 deest.

12. F. 164—169'. Prof. inc.: *„Ecce descripsi eam tripliciter . . . Cum omnis sciencia gerat."* Opus inc.: *„Nunc vero breviter meditacionis formam libet inspicere."* Expl.: *„Et hec Seraphin. Bernhardus super Canticum."* (R.) Explicit **itinerarium mentis in seipsam (seu.: incendium amoris), editum per dominum Bonaventuram cardinalem.**

Edit. o. c. Quaracchi t. VIII 3—18. Cf.: Prodromus ad omnia opera s. Bonaventurae c. 553 sqq.

Sequuntur f. 169'—170' dicta patrum.

13. F. 170'—173. R. **Soliloquium de arra anime (Hugonis de s. Victore),** ut discamus, ubi nos oportet verum amorem querere et quemadmodum debeamus corda nostra spiritualium studio meditacionum ad superna gaudia excitare.

Inc.; *„Loquar secrete anime mee."* Expl.: *„Totis precordiis concupisco. Amen. (R.) Explicit soliloquium beati Augustini (falso!), epicopi et doctoris eximii, de arra anime."*

Ed. Migne t. 176 col. 951—970.

14. F. 175'—185. Inc.: *„Ista itaque erit aptissima regula."* Expl.: *„Qui dat vitam mundo, Iesus Christus dominus noster. Amen.* (R.) Expliciunt **determinationes sanctorum et aliorum doctorum, que sunt hic collecte pro cottidiana vel crebra communione sacramenti altaris a plebeis christianis.**

Tractatus continet determinationes sequentium auctoritatum: Ioannis Horbeen, doctoris theologiae, Francisci, canonici sancte crucis et rectoris parochialis ecclesiae in Vratislavia, Wendeler, decani ibidem, Matthaei de Cracovia, Adalberti Ranconis, doctoris Parisiensis, fratris Davidis de ordine minorum, professoris s. scripturae, abbatis de Aula Regia, praedicatoris Militii, auctoris de septem sacramentis, Simonis de Cassia, cuiusdam collegii magistrorum, s. Bonaventurae, magistri Amandi (sive Henrici Suso), glossae ordinariae, s. Thomae de Aquino, s. Bernhardi, magister Alani, Innocentii III. papae, Cassiani, Anselmi, Caesarii, episcopi Arelatensis, s. Chrysostomi, s. Augustini, s. Ambrosii, s. Hieronymi, Anacleti papae, s. Pauli apostoli, Actuum apostolorum nec non cap. 22. evangelii s. Lucae.

Idem tractatus extat in bibl. pal. Vienn. n. 4922 (21). Cf. Denis II. 1438 et 1439.

F. 175—175' notae morales.

Sequuntur f. 185' et 186 notae de praeparatione sacerdotis ad missam et versus latini de corpore Christi. — F. 186'—187' script. vacant.

15. F. 188—214. **(Henrici de Hassia expositio decalogi.)**

Prol. I. inc.: *„Audi Israel precepta domini . . . In verbis propositis spiritus sanctus."* Prol. II. inc.: *„Intendentes igitur pro communi exhortacione fidelium."* Opus inc.: *„Primum preceptum appropriate respicit personam patris* Expl.: *„Quod vinum nobis meritis gloriose virginis prestare dignetur eius filius, qui . . ."*

Idem opus extat in cod. 335 (7).

16. F. 214'—220'. **(Sermo in dominica XVI. post pentecosten.)**

Inc.: *„[C]um intraret Iesus . . . Sicut doctus piscator."* Expl.: *„Gloria, cuius nos participes faciat Christus dominus benedictus . . ."*

F. 221 script. vacat. — F. 222: notae de praeparatione sacerdotis ad missam et ad horas.

350

Chartac. s. XV. (a. 1453—1454); f. 383; 29,2 × 21,5 cm; col. 2; man. I; ligat. antiqua lignea, corio fusco cum impressionibus obducta; littera initialis prima caerulea, reliquae rubrae; tegum. ant. a in schedula membr. adglutinata titulus codicis s. XVI. in.; teg. ant. b: breve registrum contentorum s. XV. et nota: *„Eximius vir magister Symon Eyban de Kuebach hunc librum testatus est nostro monasterio Newmburgensi. Cuius anima vivat deo,"* s. XV. et: *„Can. reg. Claustroneoburg. bibliothecae iure inscriptus 9. Sept. 1656"*; f. a cap. a et f. ad calc. a: fragmenta antiphonarii cum neumatibus, s. XII.; f. 158 eadem nota de donatore codicis ut in tegum. ant. b.

1. F. 1—13. R. Hic incipit Alphonsus (recte: **Alphonsi Bonihominis, Hispani, translatio epistolae Rabbi Samuelis Marochiani ad Rabbi Isaac de adventu Messiae.**

Epistola Alphonsi inc.: *„Reverendissimo . . . Hugoni . . . frater Alphonsus Bonihominis, Hyspanus . . . Cum ego propter parvitatem meam."* Praefatio inc.: *„Incipit epistola translata de Arabico . . . Conservet te deus."* Opus inc.: *„Desidero, domine mi, certificari."* Expl.: *„De epistola Samuelis. R. Explicit etc. Anno domini 1453^{0} 6ta feria post assumpcionis in Gryllenperig per me Iohannem de Artt."*

Ed. Migne P. L. t. 149 col. 337—368.

De auctore vide Hurter IV 449 sq.; Quetif-Echard I 594 sq.

2. F. 13—27'. Inc.: *„O mi frater carissime, si cupias scire."* Expl.: *„Imperium et potestas in secula seculorum. Amen."* (R.) Explicit **liber exhortaci-**

onis beati Augustini episcopi (recte: **s. Paulini patriarchae Aquileiensis),** quem videlicet scripsit ad quendam comitem carissimum sibi, et finitus est iste tractatus per me Iohannem de Art, socium divinorum in Grillenperg, anno eiusdem 53⁰ in 6ᵗᵃ feria ante festum Egidii.

Ed. Migne P. L. t. 40 col. 1047—1078 et t. 99 col. 197—282.

3. F. 27'—218'. R. Hic incipiunt **dicta eximii doctoris magistri Thome Haselpach.**

Inc.: *„Cum appropinquasset Iesus Ierosolimis . . . Hodie sancta mater ecclesia incipit celebrare."* Expl.: *„Ad uxorem. Amen.* (R.) Expliciunt **sermones de tempore yempali** egregii et eximii doctoris **magistri Thome de Haselpacht.** Et iste liber expletus est per me Iohannem de Art, cooperatorem in Grillenperig, anno domini 1453⁰ in vigilia s. Nicolai, scilicet quarta feria, et in eodem die incepi explere tractatum estivale(m) de tempore.

De auctore vide cod. 305 (4).

4. F. 219—381. Inc.: *„Si quis diligit me . . . Non solum scripture veteris et novi testamenti."* Expl.: *„Pro eiusdem trinitatis gloria dixissem, que super omnia benedicta est . . . "* (R.) Et finitus est **liber estivalis (sermonum magistri Thomae de Haselbach)** per me Iohannem de Artt, tunc temporis socius divinorum in Grillenperig, feria 4ᵗᵃ ante vigiliam Urbani anno domini etc. 54⁰ hora 4ᵗᵃ diei. Et sunt dicta eximii doctoris mag. Thome Haselpach, alme universitatis Wyennensis.

F. 281'—383 script. vacant.

351

Chartac. s. XV.; f. 325; 28×21,5 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; plurimae litterae initiales desiderantur, nonnullae rubrae; f. 2: *„Sum B. V(irg). in Neuburg.,"* s. XVII. et: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 4. Nov. 1656";* folia priora et ultima humore laesa.

1. F. 1 (Alia recentiore manu scripta **nota de dilectione dei cum glossis germ.)**

2. F. 2—31 Inc.: *„[Q]uod superest, date elemosinam . . . Ambrosius 1⁰ de officiis dicit: Nichil commendat christiani animum."* Expl.: *„Date elemosinam et omnia munda sunt vobis etc."* (R.) Explicit **tractatus de elemosina.**

De auctore nihil inveniri potuit.

3. F. 32—83'. R. **Collaciones de oracione.**

Inc.: *„[O]portet semper orare . . . Sciens dominus, quam utilis."* Expl.: *„Pro Anthiocho rege Machabeorum. Amen."*

De auctore nihil inveniri potuit. — F. 84 script. vacat.

4. F. 85—185'. **(Sermones festivales.)**

Inc.: *„Que est ista . . . Filius dei hodierna die matrem suam honoravit."* Expl.: *„Angelis infernalibus, id est mortalibus peccatis."*

F. 186—189' script. vacant.

4. F. 190—279. **(Guidonis de monte Rotherii tractatus de sacramentis.)**

Prol. inc.: *„Reverendo in Christo domino Raymundo . . . Fons divine sapientie, dei verbum."* Opus inc.: *„Quoniam secundum quod dicit propheta Malachias."* Expl. (f. 278): *„Preces ad dominum fundat. Amen."*

Sequitur registrum capitulorum.

De auctore vide cod. 211 (3).

5. F. 279'—284. **(Sermones festivales.)**

Inc.: *„[I]n omnibus requiem quesivi . . . Carissimi, ultra requiem nature."* Expl.: *„Nos in perhenni gaudio sibi associari optant."*

F. 284'—285' script. vacant.

6. F. 286—325. **(Vocabulorum variorum interpretationes in ordine alphabeti,** incompl.)

Inc.: *„[A]bba, secundum Papiam nomen est hebreum."* Expl. (per verba): *„Asellus et hostis."*

352

Membr. s. XIV.; f. 208; 25×18 cm; f. 1—100 et f. 147—174 col. 2; man. III. (f. 147—174': Chunradi de Tegernsee); ligat antiqua lign., in dorso corio obducta; litterae initiales rubrae et caeruleae, partim floratae; f. 1: *„Sum ex libris can. reg. Claustroneoburgensis bibliothecae, inscriptus 3. Sept. 1656."*

1. F. 2—100. **(Greculi sermones de sanctis,** incompl.).

R. De sancto Andrea. Inc.: *„Eleazarus gloriosam mortem magis quam odibilem vitam amplectens . . . Verba ista diligenter considerata in tribus reddunt laudabilem."* Expl. (per verba): *„Sic et amor dei circa nos, unde . . . "*

De auctore vide Franz, Drei deutsche Minoritenprediger, Freiburg 1907 p. 114 sqq.

2. F. 101—146'. Praef. inc.: *„Eterno primo, qui caret principio."* Titulis libri et obsecratione lectoris praemissis dialogus inc.: *„A tenera igitur puericie etate."* Expl.: *„Quam principium tibi prestet. Amen."* (R.) Explicit **liber de lege Christianorum, Sarracenorum et Iudeorum, editus a magistro Petro Alfunso,** quondam Iudeo, demum katholice gentis et fidei proselito.

Ed. Migne P. L. t. 157 col. 535—672. — Idem opus in cod. 826 (7) extat.

3. F. 147—174. **(Ioannis de Fonte conclusiones super quatuor libros sententiarum.)**

Prol. inc.: „*Ad preces studencium, dum essem in lector Monte Pessulano.*" Opus inc.: „*Veteris ac nove . . . Di(stinctio) I^a habet X conclusiones.*" Expl.: „*Visa impiorum ineffabili calamitate.*" (R.) Expliciunt conclusiones super quartum librum sentenciarum. In fine primi libri (f. 152) nota: „*Expliciunt conclusiones primi libri sentenciarum, scripte per Chunradem de Tegernsee.*"

F. 174' exhibetur additamentum manus recentioris de monacho et de monasterio. Idem opus extat in cod. 308 (1) et 327 (1).

4. F. 175—207. R. Incipit prologus epistolaris in **tractatum de viciis capitalibus, editum a fratre Hermanno de Schildicz, sacre pagine professore.**

Inc.: „*Venerabili in Christo patri ac domino domino abbati monasterii sancti Iacobi, civitatis Leodiensis, ordinis sancti Benedicti, frater Hermannus de Schildicz, ordinis fratrum heremitarum Augus(tini) . . . Beatus Anshelmus in libro De similitudinibus dicit sic: Monachus nil pene habet.*" Praemisso registro capitulorum opus inc.: „*Quantum ergo ad primum, quod ante omnia.*" Expl.: „*Sub specie virtutum se occultant. Explicit.*"

Hoc opus non editum est.

Hermannus de Schildicz (seu Schildesche, Schildis, Schuldiz), ord. s. Augustini, Westphalus, theologiae professor, vir eruditus et ob virtutum splendorem a coaevis et supparibus multum laudatus † 1357. — Cf. Hurter IV 543; Ossinger 813—815. F. 207'—208 exhibetur nota de septem donis spiritus sancti.

353

Membr. s. XII.; f. 214; 27,3 × 18,5 cm; man. plures; ligat. antiqua lign., recentiore tempore corio impresso obducta; f. 1' initialis variis coloribus picta cum ornamentis, reliquae litterae capitales rubrae; f. 1', 95, 214': „*Liber s. Marie virginis in Neuburga Claustrali,*" s. XV.; f. 1: „*Ex libris can. reg. Claustroneoburg. bibliothecae 2. Sept. 1656*"; in marginibus notae pro lectore et rubricatore nec non emendationes; priora et ultima folia humore laesa.

1. F. 1'—89'. **(Odonis, abbatis Morimundi, tractatus de spirituali aedificio.)**

Inc.: „*Vos, qui transituri estis Iordanem, edificate altare.*" Expl.: „*Pneumati sancto sit honor, potestas, in quibus regnans deus unus extat omne per evum Amen.*"

Hoc opus ineditum etiam extat in monast. Zwettl.; cf. Xenia Bernardina I 424 n. 355.

Odo ex priore Morimundi primum abbas Belliprati ac tandem a. 1160 electus abbas Morimundensis, s. theologiae professor egregius, ingenio et eruditione clarissimus, plurima scripsit, ex quibus tantum aliquot sermones editi, † a. 1161. Cf. Visch o. c. 253—254; Oudin II 1417—1420.

2. F. 89'—137. R. Incipiunt **(XXVIII) sermones domini Odonis abbatis Morimundensis.**

R. Sermo I. de verbis Ysaie prophete. Inc.: *„Sibilabit dominus musce . . . Enigma celestis oraculi tangit.“* Expl.: *„Ad glorificandum patrem, qui in celis est.“* (R.) Expliciunt sermones domini Odonis, abbatis Morimundensis.

Aliquot sermones edit.. ap. Migne P. L. t. 188 col. 1645—1646. — Idem opus in monasterio S. Crucis in Austria. Cf. Xenia Bernardina I 181 n. 238.

3. F. 137—138'. R. **Sentencie eiusdem (Odonis, abbatis Morimundensis,) de verbis apostoli.**

Inc.: *„Exteriorem et interiorem hominem.“* Expl.: *„Caveat curiositatem.“*

Idem opus extat in monasterio S. Crucis in Austria. Cf. Xenia Bernardina I 181 n. 238.

4. F. 138'—171'. Inc.: *„Cum sit utilis et efficax singulorum memoria sanctorum.“* Expl.: *„Ad tercium celum.“* (R.) Expliciunt **sermones domni Odonis, abbatis Morimundi.**

Non editi.

5. F. 171'—214. R. **(Odonis tractatus:) Tres esse gradus, quibus pervenitur ad hereditatem salutis, et angelorum tres ordines distincte operari in illis.**

Inc.: *„Est igitur in primis dividendum, qui sint gradus.“* Expl.: *„Primum preceptum pertinere ad patrem.“*

Cf. Denis II 974 sq.

In fine (f. 214'): additamentum recentioris manus.

354

Membr. s. XII.; f. 119; 28,2×20 cm; man. II; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. 1 et 119: *„Liber sancte Marie in Niwenburch. Al. Saxo“* (ras.), s. XIII., cf. cod 5; f. a cap. b et f. 56: *„Liber b. virginis ad Nawburgam Claustralem“* et: *„Liber sancte Marie in Newnburga Claustrali,“* s. XV.; f. 1 (in schedula membr. agglutinata) titulus codicis, s. XVI., et: *„Can. reg. bibliothecae inscriptus 2. Iunii 1656“;* in marginibus emendationes et notae criticae.; folia priora et ultima humore et tineis laesa, margo infimus f. 1 abscisus.

1. F. 1. R. **Rovdger. Summa brevis in ierarchias s. Dionisii Ariopagitę (versus lat.):**

„Trina ierarchia patet hac in theologia:
Prima vel eximia, tres unum sunt in usya,
Altera theotenus, tria terna vel ordo novenus,
Tercia sacratus hominum chorus atque senatus.
Prima regens alias per sacras theophanyas.
Hanc prius in primos, medios disponit et imos.
Hanc post hos primis, mediis apponit et imis.

Utramvis munit, illuminat, ordinat, unit.
Utraque communi voto laudem canit uni.
Hoc laudis munus, decet hunc, qui trinus et unus.

Rudgerus fuit a. 1167—1168 praepositus canoniae nostrae. Cf. Fischer o. c. I 58. De operis litterariis eius modo disserit Alfr. Schröder Dillingae.

2. F. 2—119. R. Incipit **opus magistri Hugonis (de s. Victore) in ierarchias sancti Dionisii, episcopi, de differencia mundane theologie atque divine et de ministracionibus earum.**

Prol. inc.: *„Iudei signa querunt et Greci sapienciam . . . Fuit enim quędam sapientia.“* F. 4' opus inc.: *„Tres sunt ierarchię.“* Expl.: *„Sanctitas condescendit.“* (R.) Explicit expositio magistri Hugonis et prepositi Sancti Victoris super librum primum ierarchiarum Dionisii Ariopagite. Amen.

In marginibus manus aliae notas criticas quoad textum et theologiam addiderunt.

355

Chartac. s. XV.; f. 203; 28,5×21 cm; col. 2; man. II; ligat. antiqua lign., in dorso corio obducta; litterae initiales rubrae; f. a. cap. b: fragmentum tractatus iuridici, s. XIV.; f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 9. Sept. 1656.“*

F. F. 1—203'. R. (Manu recentiore:) Hec sunt **dicta (super quartum librum sententiarum) eximii doctoris ac magistri Petri de Tharantasia, fratris ordinis predicatorum,** postmodum summi pontificis (incompl.).

Prol. inc.: *„Haurietis aquas in gaudio . . . In verbis istis duplex effectus sacramentorum.“* Commentarius inc.: *„Samaritanus etc. Liber iste Sentenciarum tanquam fluvius paradisi in quatuor capita dividitur.“* Expl. (per verba): *„Sed in brutis est coniunccio sexuum sine matrimonio.“*

Commentarii Petri de Tarantasia in omnes IV libros sententiarum editi Tolosae 1652. — De auctore vide cod. 187.

356

Chartac. s. XV.; f. 240; 26,8×20,3 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. a cap. b et f. ad calc. a fragmentum evangeliarii s. XII.; f. a cap. b' in schedula adglutinata index contentorum a. 1509 (manu mag. Christophori Lamprechtshauser); f. 1: *„Iste liber est monasterii sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali 1507“* et: *„Sum ex libris can. reg. Claustroneoburgensium, 1. Sept. 1656.“* Codicem descripsit Zeibig in Notizenblatt II 299—302.

1. F. 1—48. R. **Tractatus bonus (Petri Tzech de Pulkau) contra quatuor articulos Hussitarum.**

Inc.: *„Iussit reverendissima vestra paternitas ac metuendissima dominacio.“* Expl.: *„Semper fuit gubernata ecclesia Christi etc.“*

Cf. Denis I 1534.

Petrus Tzech de Pulkau, diu magister artium dein theologiae in universitate Viennensi, ter rector huius universitatis et legatus conc. Pisani et Constantiensis, † 1425. Cf. Aschbach I 424—428, Hurter o. c. IV 619.

2. F. 48—52. **(Hussitarum auctoritates et argumenta pro communione populi laicalis sub utraque specie.)**

Inc.: *„Hussite multipliciter nituntur fulcire intencionem."* Expl.: *„Sub forma panis et sanguinem sub forma vini etc."*

Cf. Denis I 1534.

3. F. 52—61. R. **Materia questionis de cleri paupertate, tractata in concilio Constanciensi.**

Inc.: *„Utrum viris ecclesiasticis seu clericis liceat aliquid possidere."* Expl.: *„Quibus post hanc vitam me, benignissime salvator, aggregare queso dignare. Amen."*

Cf. Denis I 1535.

4. F. 61—70. R. **De ymaginibus, lectura scolastica.**

Inc.: *„Distinccio nona tractat materiam de adoracione."* Expl.: *„Non omnino vituperandus."*

Cf. Denis I 1535.

5. F. 70—105. **(Fasciculus ad controversiam de communione in concilio Constantiensi agitatam pertinens.)**

1. F. 70—71. R. **Allegaciones R. P. domini patriarche Anthioceni (Iohannis Maurosii) contra communicantes sub utraque specie.**

Inc.: *„Beatissime pater et domine mi, decretum, super quo paternitas."* Expl.: *„Cedulam mihi misistis."*

Cf. Denis I 1535.

2. F. 71—74. R. **Allegationes fratris Iohannis Rocani.**

„Super materia communionis vulgaris populi sub utraque specie." Expl.: *„In predictis melius sencientis . . ."* (R.) Ego frater Iohannes Roca, sacre theologie magister, regens in scolis sancti Saturnini Tholose etc.

Cf. Denis I 1535.

3. F. 74—80'. R. **Allegaciones magistri Mauricii de Praga contra communicantes sub utraque specie.**

Inc.: *„Apostolica docet sentencia de viatrice."* Expl.: *„Subtilissima, qua corruscant etc."* (R.) Explicit tractatus m. Mauricii de Praga, professoris sacre pagine, contra communicantes sub utraque specie Constantinopolitanus.

Cf. Denis I 1536. — Ed. Mansi XXVIII 432—446 et Hardt III 779 sqq.

4. F. 80'—84. R. **Allegaciones domini Iohannis (Gersonii), cancellarii Parisiensis, contra sub utraque specie communicantes.**

Inc.: „*Oblaturus iuxta seniorum huius sacri concilii.*" Expl.: „*Provideant, predisponit etc.*" (R.) Explicit tractatulus adversus heresim novam de necessaria communione laycorum sub utraque specie, raptim editus Constancie anno 1417mo die 20. augusti.

Cf. Denis I 1536. — Ed. Mansi XXVIII 424—432.

5. F. 84—84'. R. **Sequuntur auctoritates doctorum, facientes ad predicta.**

Inc.: „*Allexander de Hallis in 4to de materia de sacramento recitat duo pericula.*" Expl.: „*Sed eciam pro aliis etc. R. Explicit etc.*"

Cf. Denis I 1536.

6. F. 84'—91'. R. **Allegationes magistrorum Pragensium impertinentes pro communicantibus sub utraque specie.**

Inc.: „*Augustinus libro . . .: Fieri nullo modo potest.*" Expl.: „*Sunt excludende. Ponitur c. ultimo 11. d. etc.*" (R.) Expliciunt etc.

Ed. Hardt III 805 sqq. et tribuuntur **Iacobo de Misa**, cf. Denis I 1537; de auctore vide Fabricius IV 14 et Potthast I 633.

7. F. 91'—105. R. Incipiunt **allegationes sive responsiones magistrorum et doctorum studii Viennensis de contrario facto in concilio Constanciensi.**

Inc.: „*Cesaree maiestati serenissimi ac invictissimi.*" Expl.: „*Ad omnes pertinet etc.*"

Ed. Hardt III 826 sqq., sed sine prooemio. — Cf. Denis I 1537, qui has responsiones **Petro Tzech de Pulkau** tribuit.

6. F. 105—106. R. Sequuntur **articuli Iohannis Hus, extracti ex libro de ecclesia et quibusdam aliis tractatibus eius.**

Inc.: „*Unica est sancta universalis ecclesia.*" Expl.: „*In mortali peccato.*"
Ed. Hardt IV. 407; Mansi XXVII 754 sq. — Cf. Denis I 1537 sq.

7. F. 106—143. Inc.: „*Quia teste beato Augustino in una epistola.*" Expl.: „*In ara crucis fabricavit, sit in secula benedictus. Amen.*" (R.) Explicit **tractatus magistri Stephani de Palecz contra Biclefistas et Hussitas heresiarchas.**

8. F. 143—143'. R. **Intimacio Hussitarum in studio Cracoviensi et responsiva rectoris universitatis Cracoviensis.**

Inc.: „*Ad honorem benedicte trinitatis . . . Nos Iohannes Cardinalis, Petrus Pein.*" Expl.: „*Alia abhominabilia peccata.*"

9. F. 143'—145. R. Sequitur **tractatus Biclefistarum et Hussitarum per eos praesentatus serenissimis principibus regi Polonie et magno duci Biclavie.**

Inc.: *„Nos capitanei magistrique."* Expl.: *„Parati sumus exhibere. Datum anno domini M⁰ quadringentesimo vicesimo."*

10. F. 145—156. Inc.: *„Porte inferi non prevalebunt . . . Auctoritas ecclesie tanta est."* Expl.: *„Destructor errorum et heresion, in secula benedictus. Amen."* (R.) Explicit **tercius tractatus magistri Stephani Palecz contra quatuor articulos hereticorum.**

Cf. Denis I 1538 sq.; de auctore vide Hurter IV 612.

11. F. 157—178. **(Nicolai de Dinkelspühel sermones de corpore Christi.)**
Inc.: *„Caro mea vere est cibus . . . In ewangelio precedenti dominus multa locutus fuit de ewkaristie sacramento."* Expl.: *„Cuius eterni convivii eciam nos participes efficiat idem dominus noster . . . unus deus in secula benedictus Amen."*

Idem sermones extant in cod. 305 (20) et 392 (3).

12. F. 178'—182. **(Sermo in dedicacione ecclesie.)**
Inc.: *„Dedicacio ecclesie inter alias festivitates."* Expl.: *„Ut tandem in eo habitare dignetur per gloriam, quod ipse prestare dignetur . . ."*

13. F. 182—188'. **(Expositio symboli apostolorum.)**
Inc.: *„Credo in deum . . . Fides recta est necessaria."* Expl.: *„Ad illa eterna gaudia perducat nos dominus noster etc. Amen."*

De auctore anonymo nihil inveniri potuit.

14. F. 188'—214. R. **Dicta magistri Cristanni, doctoris s. theologie, de Grecz (de fide).**
Inc.: *„Funiculus triplex difficile rumpitur."* Expl.: *„Et sanabantur etc."* (R.) Et sic est finis etc.

De auctore vide Aschbach I 470.

F. 214—215 sequitur additamentum de XII articulis fidei, qui duodecim apostolis attribuuntur, cum allegatione duodecim prophetarum nec non versus de apostolis.

F. 192', 215', 216 script. vacant.

15. F. 217—240. **(Tractatus de detractione.)**
Inc.: *„Sciendum est de detractione, filia invidie et sorore odii.* Expl.: *„Longe a peccatoribus salus etc."*

De auctore nihil inveniri potuit.

Sequitur nota de modis praesentiae dei.

357

Chartac. s. XV. in.; f. 312; 29,7 × 21,5 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. 1: *„Iste liber domini Iacobi, plebani in Ybs, quem emit a testamentariis domini Seyffridi, vicarii olym ad sanctum Martinum, obiit anno domini etc. (14)70ᵐᵒ, die puriicacionis Marie virginis";* f. 312': *„Iste liber est michi datus a testamentariis domini Iacobi,*

plebani in Ybs, felicis memorie, videlicet a domino Martino Hatzendorffer, capellano super carnario ibidem, et venerabili domino domino Egidio Gotpradt, plebano in Grosten, et honorando cive Vincentio Schifer, tunc temporis mutario in Ybs. Anno domini M° CCCC° 70 in die Blasii." In fine versus latini:

„Devoravit agricolam rex, regem tyro, seipsum
Usurator ledit, sed postea prebiter illum.
Presbiterum meretrix, meretricem leno remordet,
Lenonem caupo, sed cauponem perasitus,
Sempedes illum, simea post semipedisque.
In mundo queque per cillum sic vadunt hecque.
Si servire velis, quatuor ista servare tenebis:
Non sis propheta, medicus, sophista, sacerdos."

1. F. 1—92. **(Excerpta ex commentario Roberti Holkoth super librum Sapientiae.)**

Inc.: *„Abicere debemus res temporales.* Expl. (f. 89): *„Ex inspiracione speciali vel ex quadam. Et sic est finis huius operis etc."*

F. 89'—92 sequitur tabula alphabetica.

2. F. 92'—180'. Inc.: *„Abstinencia est meriti augmentativa, sapiencia acquisitiva."* Expl. (f. 176): *„Accepit epistolas, ut persequeretur christianos, Act. 3° . . ."* (R.) Expliciunt **figure fratris** Bini de Senis, (recte: **Bindi Guerri) super totam bibliam de diversis materiis per alphabetum compositis.**

Ed. Venetiis 1556 sub nomine Hugonis a S. Charo. — In bibl. palat. Viennensi extat idem opus (n. 4849 [1]), a Denis II 393 descriptum.

Bindus Guerri, patria Senensis, filius coenobii s. Antonii de Silva, vir divina doctrina clarus, sacrae theologiae professor, provinciae Senarum vicarius generalis, † 1390. — Cf. Ossinger 135; Quetif-Echard I 426 sq.

F. 176—180 sequitur tabula alphabetica super opus praecedens.

3. F. 181—223. **(Henrici de Hassia expositio decalogi.)**

Prol. I. inc.: *„Audi Israel, precepta . . . In verbis prepositis spiritus sanctus."* Prol. II. (f. 183') inc.: *„Intendentes igitur."* Opus (f. 184') inc.: *„Primum preceptum appropriate respicit personam patris."* Expl.: *Quod vinum nobis meritis gloriose virginis Marie prestare dignetur eius filius benedictus, qui . ."*

Idem opus extat in cod. 335 (7).

4. F. 223'. **(Quaestio de sacramentis.)**

Inc.: *„Utrum sacramenta sint instituta in remedium."* Expl.: *„Demon potestam non habet."*

De auctore huius et sequentium tractatuum nihil potuit inveniri.

5. F. 223'—228'. **(Tractatus de suffragiis defunctorum.)**

Inc.: *„Dicenda sunt aliqua de suffragiis defunctorum."* Expl.: *„Oracio pro eis specialiter fusa prosit etc.*

6. F. 228'—230'. **(Tractatus de orationibus sanctorum.)**

Inc.: „*Considerandum nunc de oracionibus sanctorum.*" Expl.: „*Cum devocione recurrit etc.*"

7. F. 230'—300 et 309—312. **(Iacobi de Voragine liber s. Mariae seu Mariale aureum.)**

Inc.: „*Abstinencia multiplex, prima enim.*" Expl.: „*Quia filius hominis est etc.*"

In fine registrum capitulorum.
De auctore vide cod. 131 (2); de hoc opere cf. Quetif I 457.

8. F. 301—308'. **(Pauli Cholneri sermones de sanctis incompl.).**

Inc.: „*Nimis honorati sunt . . . Revolvendo sacras scripturas invenio.*" Expl. (per verba): „*Luc. 16. Et pro gracia impetranda etc.*"

Idem opus asservat bibliotheca canoniae S. Floriani sub n. 326, 2; cf. Czerny p. 132. —De auctore cf. cod. 379 (4).

358

Chartac. s. XV. f. 432; 27,7 × 21 cm; col. 2; man. I; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. a cap. b et f. ad calc. a: fragmenta tractatuum philosoph. et medicin., s. XV.; f. 1, 229, 424': „*Liber s. Marie virginis in Newnburga Claustrali,*" s. XV.; f. a cap. b: „*Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 9. Iulii 1656.*"

1. F. 1—46'. Prol. inc.: „*Reverendo in Christo . . . Domino Petro episcopo Cameracensi . . . Postulare dignata est benevolencia.*" Opus inc.: „*Ego vos baptisavi aqua . . . Antiqua iam atque notissima.*" Expl.: „*Ita finem huius operis dedicavimus.*" (R.) Et sic est finis **sex lectionum magistri Iohannis Gerson, Cancellarii Parysiensis, et intytulatur tractatus de vita spirituali anime.**

Ed. in Opera omnia, Hagae Comitum 1728 III 1—72.

2. F. 46'—50'. Inc.: „*Probare spiritus, si ex deo sunt, iubet discipulus ille.*" Expl.: „*Omnia, que data sunt.*" (R.) Explicit **tractatus (Iohannis Gersonii) de distinccione spirituum.**

Ed. o. c. I 37—43.

3. F. 50'—53'. **(Tractatus Iohannis Gersonii de remediis contra tentationes spirituales.)**

Inc.: „*Ad honorem dei dicam aliqua remedia.*" Expl.: „*Et sic domino iuvante ipsas superabis.*"

Ineditus. — Idem tractatus extat in bibl. ap. Scotos Viennae n. 305, 7 et in bibl. in Bamberg (Catalog. I. 841.)

4. F. 53'—57'. R. Incipit **tractatus de arte audiendi confessiones magistri Iohannis de Gersana, cancellarii Parisiensis.**

Inc.: *„Et si virtus, quam aswefaccio."* Expl.: *„Atque proficiet etc."*
Ed. o. c. II. 446—453.

5. F. 57'—71'. R. Incipit **tractatus de vita contemplativa magistri Iohannis de Gersana, cancellarii Parysiensis.**

Inc.: *„Tractantes in leccionibus nostris."* Expl.: *„Et ego illi et sic est finis."*
Ed. o. c. III. 399—422.

6. F. 71'—73'. R. Sequitur **tractatus (Iohannis Gersonii) de remediis contra recidivum peccandi a confessoribus dandis.**

Inc.: *„Habet hoc proprium ars quelibet."* Expl. (f. 73): *„Que omne desiderium superant, consequamur. Amen."*
In fine versus et nota de circumstantiis in confessione inquirendis.
Ed. o. c. II 457—459.

7. F. 73'—90'. **(Iohannis Gersonii tractatus de potestate ecclesiastica.)**

Praemisso capitulorum registro prohemium inc.: *„Potestas ecclesiastica debet ab ecclesiasticis."* Opus inc.: *„Potestas ecclesiastica est potestas."* Expl.: *„Vel de iure, vel de facto."*
Ed. o. c. II 225—255.

8. F. 91—95. Inc.: *„Oblaturus iuxta seniorum huius sacri concilii."* Expl.: *„Provideant, perdisponit (!) etc."* (R.) Explicit **tractatulus (Iohannis Gersonii) adversus heresim novam de necessaria communicacione laycorum sub utraque specie, raptim editus Constancie anno domini M⁰CCCC⁰XXXVIII⁰ (!) etc.**
Ed. Mansi XXVIII 424—432. — Idem opus extat in cod. 356 (5[4]).

9. F. 95—102. **(Tractatus Iohannis Gersonii de praeparatione ad missam.)**

Inc.: *„Dubitatum est aput me frequenter."* Expl.: *„Hoc est omnis homo."*

10. F. 102—106'. **(Tractatus Iohannis Gersonii de visitatione praelatorum.)**

Inc.: *„Ad laudem dei et edificacionem."* Expl.: *„Spiritus sui robur deus, qui est . . ."*
Ed. o. c. II 558—565.

11. F. 107—122'. **(Tractatus Matthaei de Cracovia de modo confitendi et de puritate conscientiae.)**

Prol. inc.: *„Quoniam fundamentum est (!) ianua virtutum."* Opus inc.: *„Est igitur primum videndum, quod confessio debet esse pura."* Expl.: *„Cum apparuerit gloria tua, ad quam nos perducat . . ."*

12. F. 122'—135'. **(Tractatus Matthaei de Cracovia de communione.)**

Inc.: *„Multorum tam clericorum, quam laycorum querela."* Expl.: *„Datum est nobis pro viatico corpus domini nostri Iesu Christi, qui . . . "*

Editiones vide ap. Hain N. 5803—5808.

Matthaeus de Cracovia, cancellarius Heidelbergensis, a. 1405 episcopus Vormatiensis factus, a. 1409 legatus Ruperti regis concilio Pisano adfuit. † 1410. Cf. O. Lorenz, Deutschl. Geschichtsquellen, Berlin 1887 II 368 sq.; Hurter IV 627—628.

13. F. 135'—143. **(Tractatus Matthaei de Cracovia de directione habenda in raro vel quotidie celebrando missam.)**

Inc.: *„Quemadmodum in quorundam domibus nobilium."* Expl.: *„Et in spiritualibus epulis recumbere desiderat."*

Idem tractatus extat in bibl. nat. Vienn. n. 4409, 32.

14. F. 143—160. R. Incipit prohemium in **tractatu de contractibus magistri Iohannis Gersoniis, cancellarii Parisiensis.**

Inc.: *„Qui volunt divites fieri."* Opus inc.: *„Contractuum bonitatem aut maliciam."* Expl.: *„Humano iure dampnatam."*

Ed. o. c. III 165—196.

15. F. 160. **(Iudicium Henrici Imola de opere Iohannis Gersonii de contractibus.)**

Inc.: *„Post predicta etiam habitum est consilium . . . Fateor tamen, quod religiosi et alii habuerunt probabilem causam."* Expl.: *„Fridericus de Senis in opere capitulo XVIII⁰ et capitulo XXI⁰. Hec ille supradictus doctor H(enricus) Imola. Anno 1429."*

16. F. 160—172'. R. Sequitur nunc tripartitum **Iohannis Gerson,** cancellarii Parisiensis, doctoris sacre theologie, et continet **tres tractatus** parciales, primus est **de decem preceptis,** 2us est **de confessione** 7^em^ **mortalium peccatorum,** 3us est **de sciencia mortis.**

Inc.: *„Christianitati suus qualiscunque zelator."* Opus inc. (160'): *„Firmissime credendum est et nullatenus dubitandum."* Expl.: *„Laudabiliter observatur. Et sic finis." (R.) Explicit tripartitum magistri Iohannis Gerson, cancellarii.*

Ed. o. c. I 427—450.

17. F. 173—217'. R. Incipit **tractatus de contractibus magistri Hainrici de Hassia.**

Praemisso capitulorum registro inc.: *„In sudore vultus tui vesceris . . . Tanta erat illius prime transgressionis culpa."* Expl.: *„Ne ex subita mutuacione talium peyora fierent, et sic est finis . . . "*

Cf. Roth. o. c. 6.

18. F. 217'—242'. R. Incipit **epistola (Henrici de Hassia) de contractibus empcionis et vendicionis ad consules Wyennenses,** divisa in tres partes.

Inc.: *„Honorabilibus magne discrecionis viris . . . Quidam de professoribus sacre theologie."* Expl.: *„Terminum salutis sempiterne."*

Cf. Roth 6. — F. 242'—245 additamentum de usura exhibent.

19. F. 245—279. **(Tractatus magistri Henrici de Oyta de contractibus.)**

Inc.: *„Diligite iusticiam . . . Audite hec omnes gentes."* Expl.: *„Et ratum habuit pignus, valebit . . ."*

De auctore vide Aschbach 406.

20. F. 279'—287'. R. **Asserciones contente in proposicione defuncti magistri Iohannis Parvi et forma condempnacionis earundem, que facta fuit per episcopum Parisiensem.**

Inc.: *„Licitum est unicuique subdicto."* Expl.: *„Non occides habet hunc intellectum . . .*

Initium ed. Mansi XXVIII 757—759. — Idem opus extat in libl. nat. Vienn. n. 4576, 37.

21. F. 287'—308'. R. Incipit **liber soliloquorum (Pseudo-) Augustini.**

Inc.: *„Agnoscam te, domine, cognitor meus."* Expl.: *„Omnis magnificencia, omnis clemencia sit deo patri . . ."*

Ed. Migne P. L. t. 40 col. 863—898.

Opus ex sententiis s. Augustini et Hugonis de S. Victore et aliorum compilatum est. Cf. Denis I 2170.

22. F. 308'—313. R. Incipit **soliloquium beati (Pseudo-) Bernhardi.**

Inc.: *„Cor meum, rogo te, ne sis cor fatui."* Expl.: *„Ab eius voluntate devies per infinita secula . . ."*

Est opus spurium s. Bernardi. Ed. Migne P. L. t. 184, col. 1157—1168.

23. F. 314—316. R. Incipit **formula honeste vite sancti (Pseudo-) Bernhardi, abbatis in Claravalle, multum bona.**

Prol. inc.: *Petis a me, frater karissime, quod nunquam et nusquam."* Opus inc.: *„Ut ergo ab interiori incipias."* Expl.: *„Omnia opera tua coram deo facere et ad eum referre. Amen."*

In codice Monacensi n. 3450 opusculum Davidi de Augusta ascribitur. Ed. Migne P. L. t. 184, col. 1167—1172. Textus noster in fine ab edito differt.

24. F. 316—326'. R. Incipit **liber meditationum beati (Pseudo-) Bernhardi.**

Inc.; *„Multi multa sciunt."* Expl.: *„Cum sponsa conspicies unum eundemque dominum glorie, qui . . ."*

Opus spurium. Ed. Migne P. L. t. 184, col. 485—508.

25. F. 326'—335. R. Incipiunt **meditationes beati (Pseudo-) Augustini, episcopi.**

Inc.: „*Vigili cura, mente sollicita.*“ Expl.: „*Ab invicem distabunt.*“

Ed. Migne P. L. t. 184, col. 847—864.

26. F. 335—343. R. Incipiunt **suspiria beati Augustini (Pseud.).**

Inc.: „*Summa trinitas, virtus una et indiscreta.*“ Expl.: „*Pastor meus et salus eterne Iesu Christe . . .*“

Ed. Migne P. L. t. 40, col. 909 et t. 147, col. 457 sqq.

27. F. 343—344'. **(Tractatus Guilelmi Filiastri de usuris.)**

Inc.: „*In quibusdam partibus mos est.*“ Expl.: „*Predicta cum correccione. (R.) Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Gwilermus, tunc sancti Marci presbiter cardinalis, a domino nostro papa Martino quinto requisitus, ut in hac materia de usuris scriberet et de questione predicta suam diceret oppinionem, de ipsa respondit et premisso scripsit, ut superius annotantur.*“

Cf. Denis I, 2170 sq.

Guilelmus Fillastre (Filiastri), presbyter card. S. Marci, antea Remensis, † 1428. Cf. Potthast I. 447; Eubel I 32.

28. F. 344'—346. **(Litterae Martini V. papae ad archiepiscopum Gneznensem de contractibus.)**

Inc.: „*Martinus episcopus . . . venerabilibus fratribus archiepiscopo Emeznensi et Lubucensi ac Olomucensi episcopis . . . Hodie siquidem litteras nostras concessimus.*“ Expl.: „*Dé indulto huiusmodi mencionem. Datum Rome aput sanctos apostolos VI⁰ non. iulii, pontificatus nostri anno VIII.*“ *(a. 1425).*

Cf. Denis I 2170 sq.

29. F. 346—348. **(Litterae regis Galliae Caroli VI. super libertate ecclesiarum regni et delphinatus quoad exactiones, annatas et gravamina per papam imposita.)**

Inc.: „*Karolus dei gracia . . . Universis . . . Si dotari vel ditari novas ecclesias.*“ Expl.: „*Quia sic volumus etc. Datum anno (M)CCCC VI⁰ XVIII. februarii etc.*“

Cf. Denis I 2212.

30. F. 347'—348. **(Rationes breves, cur annatae solvendae non sint.)**

Inc.: „*Motiva aliquorum, qualiter declarandum videtur, ecclesias non teneri ad solvendum annatas . . . Primum, quia non debentur iure divino.*“ Expl.: „*Fini suo continuans etc.*“

Cf. Denis I 2213.

31. F. 348—348'. **(Petrus de Alliaco, cardinalis Cameracensis, de materia IX assertionum sc. Iohannis Parvi.)**

Inc.: „*Ego Petrus, cardinalis Cameracensis, tanquam doctor theologus.*" Expl.: „*Exhibeant in scriptis etc.*"

Extat in operibus Gersonii V 474—475.

Petrus de Alliaco, natus a. 1350 Compendio ad Isaram, docuit Parisiis theologiam et fuit Gersonii magister. Magnam partem habuit in componendo schismate occident. ecclesiae. Obiit a. 1420. Cf. Hurter IV 601—605.

32. F. 348'—349'. **(Rationes contra octavam assertionem Iohannis Parvi.)**

Inc.: „*Pro eludacione condempnacionis octave assertionis.*" Expl.: „*Super cuius opposito fundatur dicta assercio etc.*"

Apud Gersonium non inveniendae sunt. Cf. Denis I 2213.

34. F. 349'—350. R. Secuntur **13 proposiciones de unitate et reformacione ecclesie (praedicatae in concilio Constantiense per mag. Iohannem Gersonium.)**

Inc.: „*Prima. Ecclesiastica unitas ad unum capud.*" Expl.: „*Provincialium celebracionem non omittendo.*"

Ed. o. c. Gersonii II 271 et 272.

34. F. 350—350'. **(Iohannis Gersonii epistola super moderatione casuum reservandorum).**

Inc.: „*Pontificali dignitati suus qualiscunque zelator.*" Expl.: „*Si qua sunt similia.*"

Ed. o. c. II 415—417. — F. 350'—351' additamentum exhibetur.

35. F. 351'—362. **(Iohannis Gersonii sermo in concilio Remensi.)**

Inc.: „*Bonus pastor animam . . . Animadverte nunc, o bone pastor.*" Expl.: „*Qui est pastor bonus et deus benedictus etc. Amen.*"

Ed. o. c. II 542—558.

36. F. 362—367. **(Iohannis Gersonii sermo circa praeceptum: Non occides.)**

Inc.: „*Estimo me beatum aput te.*" Expl.: „*Gratia facta est, Iesu Christo, qui . . .*"

Ed. o. c. II 330—337.

37. F. 367—374'. **(Iohannis Gersonii alius sermo circa praeceptum: Non occides.)**

Inc.: „*Oportet hereses esse . . . ut qui probati sunt.*" Expl.: „*Et intelligencias vestras in Christo Iesu . . .*"

Ed. o. c. II 338—349.

38. F. 374'—379. **(Iohannis Gersonii sermo super processionibus faciendis pro viagio regis Romanorum habita in concilio Constanciensi.)**

R. Sermo cancellarii Parisiensis, quando rex Romanorum iverat a Constancia ad regem Arrogannie (!) et ad Petrum de Luna pro unione ecclesie procuranda.

Inc.: *Prosperum iter faciet . . . Fiat ita.*" Expl.: „*Ad deum salutarium nostrorum, qui . . .*"

Ed. o. c. II 273—280.

39. F. 379—385'. **(Narcissi Herz de Perching sermo de spiritu sancto.)**

Inc.: „*Ille vos docebit, scribitur Iohannis 14mo et recitatur . . . Venerandi patres doctores.*" Expl.: „*Nichilominus perhennis laus et gloria . . .*"

Cf. Denis I 1407. — De oratore cf. Aschbach I 453 sqq.

40. F. 385'—391. **(Iohannis Gersonii tractatus de protestatione circa materiam fidei contra haereses diversas.)**

Inc.: „*Protestacio, seu revocacio generalis.*" Expl.: „*Potest applicacio particularis fieri ad materiam, que tractatur.*"

Ed. o. c. I 28—37.

41. F. 391—394. R. Sequitur **declaracio pulchra cancellarii Parysiensis, que veritates de necessitate salutis sint credendae et que sapiant heresim.**

Inc.: „*Declaracio compendiosa, que veritates sunt.*" Expl.: „*Non sit de fide. Amen.*"

Ed. o. c. I 22—27.

42. F. 394—402. R. **Sermo cancellarii Parisiensis (Iohannis Gersonii) de nativitate Marie virginis, predicatus in concilio Constanciensi.**

Inc.: „*Iacob autem genuit Ioseph . . . Invocandam te iudicamus.*" Expl.: „*Qui vocatur Christus. Amen.*"

Ed. o. c. III 1345—1359.

43. F. 402—405. R. **Sermo (de oratione) cancellarii Parisiensis (Iohannis Gersonii), factus a. 1415, quando fuerunt processiones concilii generalis (Constantiensis).**

Inc.: „*Obsecro vos, tanquam advenas . . . Existimate precor, verbum hoc.*" Expl.: „*Hec est enim gracia in Christo Iesu, qui . . .*"

Ed. o. c. III 269—275.

44. F. 405—410. R. Sequitur **sermo de sancto Francisco domini Petri (de Alliaco), cardinalis Cameracensis.**

Inc.: „*Quicunque hanc regulam secuti fuerint . . . Verba hec, reverendi patres et in Christo fratres.*" Expl.: „*Tandem per gloriam, quod nobis concedat, qui . . .*"

Ed. Argentinae 1490. — Sequitur f. 410—412 additamentum inc.: „*Ad Christi laudem et sue ewangelice regule sectatorum et specialiter beatissimi Francisci.*" Cf. Denis I 2174.

45. F. 412—418. **(Sermo de omnibus sanctis.)**

Inc.: „*Signum magnum apparuit . . . Hec mulier, que in verbis propositis.*" Expl.: „*Precibus et meritis sanctorum omnium prestare dignetur . . .*"

De auctore nihil inveniri potuit.

46. F. 418—423'. Inc.: „*Euge serve bone . . . Ad laudem sancti et beatissimi confessoris atque pontificis Lodowici.*" Expl.: „*Nos secum participes efficiat, qui . . .*" (R.) Et sic est finis **sermonis domini Petri (de Alliaco), Cameracensis,** qui est factus **ad honorem s. Lodowici** filii regis Sicilie, qui fuit frater minorum et pontifex ecclesie etc.

Ed. Argentinae 1490. — Cf. Denis I 2176.

Sequitur (f. 423'—424') additamentum de quaestione in concilio Constantiensi agitata, an post renuntiationem et depositionem trium pontificum vel ecclesia prius reformanda, vel ante eius reformationem novus pontifex eligendus sit; cf. Denis I 3322 sq. — F. 425—432 script. vacant.

359

Chartac. s. XIV.—XV.; f. 217; 28,8×20 cm; col. 2; man. plures (f. 145—203': Wilhelmi Riettenthaler); ligat. rec.; litterae initiales rubrae, multae desiderantur; 75, 120, 144', 217: „*Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali*" s. XV.; f. 1: „*Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 14. Aug. 1656*"; f. a cap. b, c et f. ad calc. a, b (conglutinat.) exhibent fragmenta rationum pro cultura vinearum canoniae Claustroneoburg. s. XV. et probationes pennae.

1. F. 1—144. **(Thomae de Chabham summa poenitentialis.)**

Inc.: „*Cum miseraciones domini sint super omnia opera eius.*" Expl.: „*Et hec ad presens dicta de penitencia sufficiant . . .*"

F. 141'—144: registrum capitulorum. — Idem opus extat in cod. 169 (2), 211 (2), 324 (1).

2. F. 145—203. R. Incipit **exposicio misse bona valde secundum Innocentium (III.).**

Inc.: „*In nomine domini . . . Karissimi, in decretis de consecracione . . . dicit Alexander papa quintus a beato Petro.*" Expl.: „*Ut illud sacramentum acceptum fiat. Amen.*" (R.) Explicit exposicio misse optima et utilis per dominum (sequentia per partes detersa sunt et difficile legi possunt) Wilhelmum (Riettenthaler) canonicum Neuburgensem, eo tempore plebanus in Neuburga ex parte fori. Sub anno domini M^{0}CCCC^{0}III^{0}.

De hoc opere cf. Franz, Die Messe im deutschen Mittelalter, p. 508—514.

3. F. 204. **(Auctoritates patrum de auditione missae.)**
F. 204' script. vacat.

4. F. 205—212. **(Sermo de fide catholica.)**
Inc.: *„[C]lausa sunt ministeria(!), que christiani credere debent.“* Expl.: *„Provideas, qualiter vivas in vita immortali, ad quam . . .“*

5. F. 212—217. **(Sermo de nativitate domini.)**
Inc.: *„Vos vocatis me magister . . . Sentencia etenim Iohannis . . . Reverendi patres domini ac magistri mei, dum infernalis.“* Expl.: *„Et refeccionis nos participes efficiat . . .“*
In fine (f. 217') additamentum de ss. sacramento.

360

Membr. s. XIV. in.; f. 309; 28,2×21 cm; f. 2—309 col. 2; man. I principalis; ligat. rec.; initiales rubrae et caeruleae, f. 3', 53', 105', 232 maiores cum ornamentis; f. 1 et 141: *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali,“* s. XV.; f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 27. Octobris 1656.“* F. 309': *„Presens liber fuit illustris mag. Iohannis de Ruspach, pie memorie,“* cf. cod. 171(2). Codex nitide scriptus et pictus est.

1. F. 1. (Alia manu s. XIV.) R. **Forma absolucionis Romane curie de plena remissione in mortis articulo.**
Inc.: *„Primo dicat infirmus, si potest: Confiteor.“* Expl.: *„In oculis divine maiestatis. In nomine patris . . .“*

2. F. 1. (Alia manu s. XIV. **Nota et delineatio de cognatione spirituali.)**

3. F. 1—1'. (Alia manu s. XIV. **Bulla extravagans Benedicti XII. super visione dei animarum iustorum post mortem.)**
Inc.: *„Benedictus episcopus, servus servorum dei . . . Benedictus deus in donis suis . . ., qui sacrosanctam Romanam, katholicam et apostolicam ecclesiam.“* Expl.: *„Datum anno IIII⁰ kalendas februarii pontificatus nostri anno primo.“*
Ed. Magnum bullarium Romanum (Luxemburgi 1742) t. I. p. 217 sq. et partim Mansi XXV 985—987.

4. F. 2—260. R. (f. 3') Incipit: **Summa confessorum, conpilata a fratre Ioanne (Friburgensi) lectore** ordinis fratrum predicatorum.
Praemissis (f. 1) nota inc.: *„Nota, quod lector iste Ioannes ante conpilacionem huius summe confessorum“* et prologo in priorem libellum Quaestionum casualium, inc.: *„Quoniam dubiorum nova cottidie difficultas“* prologus in summam inc.: *„Saluti animarum et proximorum utilitati.“*

Praemissa tabula titulorum opus inc. (f. 3'): *„Quoniam inter ecclesiastica crimina."* Expl. (f. 260): *„Quam de matrimoniis hic conclusit. Cui est honor . . ."*

Ioannes Friburgensis ex ordine fratr. praedicat., † 1314. Vide Quetif-Echard 523—526; Hurter IV 417 sq.; Fabricius-Mansi II 204 sq.; Dictionaire de théologie catholique VIII 761 sq. — De editionibus vide Schulte, Gesch. d. Quellen II 419 sqq.

5. F. 260—264. R. **Isti sunt paragraphi summae fratris Raymundi (auctore Ioanne Friburgensi).**

Inc.: *„Quoniam, ut ait Ieronimus."* Expl.: *„Illud in summa notandum . . ."*

6. F. 264—297. R. Incipit **tabula (Ioannis Friburgensis) super summam confessorum.**

Prol. inc: *„In hac tabula ubicunque fit simpliciter."* Opus inc.: *„Abbas. Utrum unus abbas possit presidere."* Expl.: *„Et in multis aliis locis."* (R.) Explicit tabula super summam confessorum.

De hac tabula vide Quetif-Echard I 524.

7. F. 297—306'. R. Incipiunt **(Ioannis Friburgensis) statuta summe confessorum et (!) sexto decretalium addita, quantum pertinere debetur ad materiam huius summe ac sub eisdem titulis et numero questionum.**

Prol. inc.: *„Ne libri, qui de summa confessorum."* Opus inc.: *„In primo ergo libro, titulo primo de symonia."* Expl.: *„Contra legis nititur voluntatem." (R.) Explicit conpendiosa colleccio quorundam statutorum de sexto decretalium addita ad summam confessorum. Tu autem . . ."*

In fine: *„Finito libro sit laus et gloria Christo.*
Scriptori munus detur bos aut equus unus."

8. F. 307. (Alia recentiore manu s. XIV. **Innocentius III. ad abbatem et conventum Sublacensem de quibusdam vitiis emendandis.)**

Inc.: *„Innocencius tercius. Cum ad monasterium Sublacense et infra. Firmiter inhibemus, ne quis de cetero monachorum lineis camiseis."* Expl.: *„Licenciam indulgere."*

Ed. Migne P. L. t. 214 col. 1064—1066; Corpus Iur. can. ed. Friedberg II 599 sq. (Decretales lib. III tit. 35).

9. F. 307'. (Alia manu s. XIV. **Bulla Urbani V. papae, qua prohibentur superiores religiosi exigere a recipiendis tironibus pecunias, iocalia etc.**

Inc.: *„Urbanus servus servorum dei . . . Ne in vinea domini nostri."* Expl.: *„Datum Rome apud sanctum Petrum II° nonas aprilis, pontificatus nostri anno VII."* (a. 1369.)

Ed. Annal. eccl. Odor. Raynaldi XVI 482. — De bulla cf. Denis II 1441.

10. F. 308—309'. R. **Diffiniciones vocabulorum secundum rubricas decretalium.**

Inc.: „*Fides est qualitas, qua quis credit, quod diligit.*" Expl.: „*Mater familias etc.*"

361

Chartac. s. XIV. (a. 1397 et 1398); f. 202; 28,7×21 cm; col. 2; man. II; ligat. rec.; litterae initiales duabus rubris exceptis desiderantur; f. a cap. b' in schedula adglutinata titulus codicis, s. XV.; f. 1, 91, 203': „*Liber s. Marie in Neuburga Claustrali,*" s. XV.; f. 1: „*Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 27. Oct. 1656.*"

1. F. 1'—131. **(Francisci de Mayronis tractatus de virtutibus et quaestiones morales et dogmaticae.)**

Inc.: „*Auditu auris audivi te . . . Quia vero audicio divina pertinet ad obediencie meritum.*" Tractatus de virtutibus (f. 51) expl.: „*Non potuerunt non crucifigere crucifixum vel Christum.*" Quaestiones inc.: „*Utrum principi terrenorum sit neccessaria pericia litterarum? Quod non, quia Saul electus fuit, cum esset ydiota.*" Expl.: „*Qui addiscunt, ut sciant.*"

De auctore vide cod. 224. — Idem tractatus de virtutibus asservatur in bibl. nat. Vindobonae (n. 1560[3], Denis II 1178 desript.) et in bibliotheca universitatis Erlangensis (v. Fischer, Die latein. Pergamenthandschriften der Universitätsbibliothek Erlangen, n. 255, p. 303.

2. F. 131—139'. Inc.: „*Nunquid nosti ordinem celi . . . Secundum beatum Dyonisium ecclesiastica ierarchia est ordinata.*" Expl.: „*Et ipsi soli ab illis sacramentaliter absolvi possunt.*" (R.) Explicit **compendium de ierarchia, editum a magistro Thoma Ybraco (de Hybernia).** Sub anno domini 1397 finitum est compendium supradictum in vigilia beati Augustini hora vesperarum vel quinta.

Hoc opus ineditum mansit.

Thomas Hibernicus (Palmeranus) in agro Kildariensi vergente s. XIII. natus, Sorbonnae socius vixit usque ad a. 1330. Cf. Hurter IV 448 sq. et Quetif-Echard I 744—746.

3. F. 139'—146. Inc.: „*[D]e modo observandi interdictum . . . Sciendum, quod quando universitas, populus.*" Expl.: „*Perveniat ad mortale etc.* (R.) Explicit **tractatus magistri Marcii (de Spira) de interdicto.**

Hoc opus alibi Ioanni Andreae tribuitur. Cf. Leitschuh, Catal. manuscript. Bamberg. I 822 et Schulte, Quellen II 223.

4. F. 146—151'. Inc.: „*Christi nomen invocans ad honorem.*" Expl.: „*Unde, quid dicat, vide parte . . .* " (R.) Explicit **summa Iohannis Andreae super quartum librum decretalium.**

Idem opus extat in cod. 337 (5) et 351 (2).

5. F. 151'—175'. **(Quaestiones theologicae varii argumenti.)**

Inc.: *„Si queratur, utrum clericus posset perdere privilegium clericale."* Expl.: *„Quia reputant, nos pessime ydolatrare. Ergo etc."*

F. 176 tabula incompl. librorum praecedentium.

F. 176'—180' script. vacant.

6. F. 181—199. R. Incipit **questio de probacione per scripturas a Iudeis receptas, quod misterium Christi predictum a lege et prophetis sit impletum, determinata a fratre Nycolao de Lira de ordine fratrum minorum, sacre theologie doctore.**

Inc.: *„Queritur, utrum per scripturas a Iudeis receptas."* Expl.: *„Ad vomitum revertuntur. Amen. (R.) Explicit questio magistri Nycolai de Lira contra Iudeos, finita anno domini M°CCC°LXXXXVIII° etc."*

F. 199'—203' script. vacant.

362

Chartac. s. XV. (a. 1464); f. 233; 29×21,3 cm; col. 2; man. I; ligat rec.; litterae initiales variis coloribus pictae cum ornamentis et partim cum figuris, penna delineatis; ff. 1, 12, 28, 49, 86, 95, 115, 122, 124, 131, 141, 143, 164, 174, 198, 205, 227 exscisa; f. 1: *„Reg. Claustroneoburg. bibliothecae iure inscriptus 9. Iulii 1656";* codex memoratur in „Serapeum" XI 102.

1. F. I—XI. **(Index capitulorum operis sequentis,** ab initio mancus.)

2. F. 2—233. **(Iohannis de Friburga summa confessorum translata in linguam germanicam per Bertholdum.)**

Opus ab initio mancum incipit (per verba): „ . . . *Die vierd ist, wann ein mensch frevelich angreift."* Expl.: *„Sy all miteinander. Hec Thomas. Deo gracias."*

Sequitur epilogus scriptoris inc.: *„Das gegenbürtig puech, das den menschen wol und ordenleichen underweist."*

Sequuntur versus scriptoris: *„Hic hat das puech ein enndt,*
Got uns allen chumer wenndt
Und wel uns darzue geben
Nach dem ellendt das ewig leben. Amen."

In „Serapeum" X 267 edit. — In fine: *„Anno domini millesimo quadricentesimo sexagesimo quarto, feria quinta post dies cinerum finitum (!) est liber iste cum adiutorio omnipotentis. Christe etc."*

Ed. Augustae 1476 et deinde saepius.

De auctore cf. cod. 360 (4). De translatore Bertholdo vide Schulte, Quellen II 423; Hurter IV 418; Quetif-Echard I 722.

Idem opus (sine epilogo) extat in cod. nostro 389.

363

Membr. et chartac. (constat sexternis, quorum externa et interna plagula membr.) s. XV.; f. 165; 29×20 cm; man. I; ligat. antiqua lign. corio fusco impresso obducta, s. XV.; litterae initiales primae rubrae et caeruleae cum ornamentis, reliquae rubrae; f. a cap. a': fragmentum chartae germ. vineas spectantis, Udalrici Resch, Perigmeister in Klosterneuburg, a. 1394; f. a cap. a: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae sum iuste inscriptus 12. Aug. 1655.“*

1. F. 1—54'. **(Henrici de Hassia tractatus germ. de cognitione peccati seu: Das scheff der puess seu: Erchantnuss der sünden.)**

R. Got, der ist das hail. Und all gelaubig sel, die rasten im frid. Amen. In ainem waren kristenleihen gelauben, in steter hofnung, in ainer volkomen lieb behalt uns der parmmherczig got. Prologus inc.: *„Unser herr Ihesus Kristus, der all dise werlt mit seiner parmmherczikait umbvangen hat.“* Expl.: *„Darumb hab ich mir in eren gedacht, des durchleuchtigen fursten meins genedigen herren herczog Albrechts ze Osterreich ettleich stukh urkund und krafft des scheffs der puess ze schreiben in dem namen des vaters . . .“*

Opus inc.: *„Des ersten mocht man fragen, was ist puess. Daruber antwurtt Ambrosius und spricht.“* Expl.: *„Got, der ist parmmherczig vnd gutig . . . Amen.“*

Tractatus Alberto IV. duci dedicatus est.

Idem opus continet cod. 712 (s. XV.) f. 125'—184'.

Tractatus memoratur in Serapeum XI 102. — De opere vide Roth in Beihefte zum Centralblatt f. Bibliothekswesen I 2. H. 11—14; Nagl u. Zeidler I 319; Aschbach 395.

2. F. 54'—57. **(Tractatus germ. de resurrectione Christi.)**

R. Item von unsers herren urstend.

Inc.: *„Eya, lieber engel Gabriel, du entscholt nicht.“* Expl.: *„So wirt dir geben ze lon von got die himlisch kron. Amen.“*

De auctore nihil inveniri potuit.

3. F. 57—132. **(Marci de Lindau liber de decem praeceptis, germ.)** R. Das puch sagt nu von den zehen gepoten gots und yegleich gepot hat drey synn und darein werdent geczogen manigerlay ander materi, die zu yegleihem gepot gehorent und notdurfft sind und fragt iunger seinn maister.

Inc.: *„Der iunger: ich peger, das du mich peweisest.“* Expl.: *„So hiet er in lieb nach creaturleiher weis. Wir sullen got lieb haben nach dem nagsten.*

Editiones vide ap. Hain 4034.

Marcus de Lindau, ex ordine fratrum minorum, a. 1389—1392 provincialis provinciae Argentorati fuit. Cf. Scherer, catal. bibl. St. Gallen; Geffken, Der Bilderkatechismus, 1855, p. 42; Catal. manuscript. germ. bibl. universit. Pragensis I n. 7

4. F. 132—159. **(Tractatus germ. de praeparatione cordis.)**

R. Von des herczen beraittung.

Inc.: *„Preparate corda vestra . . . Beraitt ewer hercz got. Nu sol man wissen, das man in der heiligen geschrifft siben ler geit, wie man das hercz beraitten sol.“* Expl.: *„Der sucht vil mer ander leut nucz, dans den seinn selber. Amen.“*

De auctore nihil inveniri potuit.

5. F. 159—161'. **(Tractatus germ. de septem donis spiritus sancti.)**

Inc.: *„Ein lerer haisst Beda, der spricht uber die wart: Sieben lampen hiengen an dem thron.“* Expl.: *„Ierusalem, das uns verleich der vater und der sun und der heilig geist. Amen.“*

De auctore nihil inveniri potuit.

6. F. 161'—163'. **(Tractatus germ. de amore proximi.)**

R. Item von der lieb des nagsten.

Inc.: *„Augustinus spricht, das tugent nicht anders ist.“* Expl.: *„Davon das de aynung vollikleich hie ist. Amen.“*

De auctore nihil inveniri potuit.

364

Chartac. s. XIV. (c. a. 1367); f. 343; 30 × 20,7 cm; col. 2; man II; ligat. rec.; litterae initiales variis coloribus exaratae; tegum. ant. b in schedula adglutinata probationes pennae et versus germ.:

„Wer mer verczert, dann ym Got beschirt,
Daz ist nicht ein wunder, ob er get an plunder“, s. XV.; et: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 6. Sept. 1656“*; f. 1, 149', 340: *„Liber s. Marie virginis in Newnburga Claustrali,“* s. XV.; f. 342': *„Istam summam Pyzzani dominus Piligrimus de Manlebarn ad liberiam comparavit, canonicus frater noster, anno domini [13]92.“*

1. F. 1—273. **(Summa Pisana Bartholomaei de s. Concordio.)**

Prol. inc.: *„Quoniam, ut ait Gregorius super Ezechielem.“* Opus inc.: *„Abbas in suo monasterio.“* Expl. (f. 269): *„Ut dictum est supra invidia § 2° etc.“*

F. 269'—273 continent indicem alphabeticum; f. 273 et 273 annotatio de abbreviaturis adhibitis, in cuius fine: *„Consummatum fuit hoc opus in civitate Pysana per fratrem Bartholomeum ord. predicatorum. Anno domini M°CCC° tercio, 8vo die mensis decembris, tempore sanctissimi patris et domini Benedicti pape 12. (!) etc.“* (Ultima verba rasa sunt.)

Idem opus extat in cod. 319 et 379(1). — F. 274—275 scriptura vacant.

2. F. 276—280. R. Incipit **apparatus domini Iohannis Andree super quarto decretalium.**

Inc.: *„Christi nomen invocans ad honorem.“* Expl.: *„Unde, quid dicant, vide parte etc.“* (R.) Completa per manus Hermanni sub anno incarnacionis dominice 1367 Urbani pape etc.

Idem opus extat in cod. 337 (5) et 361 (4).

3. F. 280'—284'. R. Incipit **lectura arboris consanguinitatis domini Iohannis Andree.**

Prologus inc.: *„Circa lecturam arboris diversis.“* Opus inc.: *„Demum ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus.“* Expl.: *„Per graciam eius, qui est benedictus etc. Amen.“*

Cf. cod. 327 (6). — F. 285 et 285' script. vacant.

4. F. 286—321. **(Iohannis de Deo summa de poenitentiis.)**

Prol. inc.: *„Ad honorem summe trinitatis et individue unitatis . . . incipit liber penitentarius et inmortalis a magistro Iohanne de Deo editus et veteri et novo testamento et iure canonico fideliter conprobatus, in quo succumbit falsitas et veritas elucescit, ut (!) per VII libellos et per septuaginta capitula est distinctus, super operis inperfeccione venia postulata . . . Venerabili patri ac domino A., divina providencia . . . Ea est regula veritatis a patribus approbata.“* Opus inc.: *„Sic tene, quod subtiliter et astute.“* Expl.: *„In amplitudine caritatis acquiritur regnum dei.“ (R.) Explicit liber septimus etc.*

Cf. cod. 278 (3). — Idem opus extat in cod. 337 (4), 374 (3).

5. F. 321'—337. R. Incipit **tractatus magistri Hugonis de Sancto Victore de duodecim abusionibus claustri** (seu **liber II. de claustro animae.)**

Prol. inc.: *„Locuturus sum, karissime, de hiis, que ad edificacionem claustri.“* Opus inc.: *„Quoniam de ordinacione claustri.“* Expl.: *„Pendet summa tocius religionis.“*

Ed. Migne P. L. t. 176 col. 1051—1086. — Idem tractatus extat in cod. 940 (29), 949 (5).

F. 337—348' sequuntur additamenta (apud Migne non edita) sub titulis: De superfluo ornatu oratoriorum, de claustris sculptilibus pictis, de eo, quod non licet monacho de maiore ordine descendere ad minorem etc.

6. F. 339—340'. **(Tractatulus de vita religiosorum.)**

Inc.: *„In claustro anime deus debet esse abbas.“* Expl.: *„Ut sic in pace requiescas. Amen.“* R. Explicit vita religiosorum.

F. 340'—343' sequuntur variae notae, versus de decem plagis Aegyptiis et arbor affinitatis germ. (paum der sbagerschaft).

365

Chartac. s. XV. (f. 1—216' a. 1471); f. 447; 29,2×21,2 cm; man. plures; litterae initiales rubrae, multae desunt, ligat. rec.

1. F. 1—154. **(Quaestiones de sacramento Eucharistiae, de horis canonicis, de sermocinatione, de vestibus sacerdotalibus, de ecclesia, de sacrificio missae.)**

Praemisso registro (f. 8) inc. prolog.: *„[L]egitur Exodi X nono et vicesimo quarto capitulis, quod cum dominus daret legem Moysi.“* Opus inc.: *„Queritur igitur primo, quot sunt necessaria volenti accedere debite.“* Expl.: *„Magnitudo gaudii, quod hominem undique auget etc.“* (R.) Deo gracias 71⁰ anno etc.

De hoc opere vide Franz, Die Messe im deutschen Mittelalter, 555—558. F. 154—156' script. vacant.

2. F. 157—216. **(Tractatus de septem sacramentis.)**

Inc.: *„Ad habendum noticiam sacramentorum primo inquirendum.“* Expl.: *„Quamvis vir sit bigamus, nupcie benedicuntur. Sit laus deo etc.“*

Eundem et superiorem tractatum asservat bibliotheca Scotorum Viennae, cf. Hübl o. c. n. 279 et bibl. nat. Vienn. n. 4927. — F. 217—218' sine scriptura.

3. F. 219—301'. **(Nicolai de Dinkelspühel commentarius in librum quartum sententiarum** incompl.)

Prolog. inc.: *„In nomine patris . . . Cum desiderarem vestris caritatibus.“* Opus inc.: *„In prima distinccione magister tractat de sacramentis in generali . . . Utrum in quolibet hominum statu fuerint aliqua sacramenta. Arguo, quod, non.“* Expl (per verba): *„Veniunt in maximo . . .“*

Idem opus compl. extat in cod. 47. — F. 301—302' script vacant.

4. F. 303—322'. **(Nicolai de Gräz expositio symboli.)**

Inc.: *„Dilectissimi, quicunque homo habens usum racionis.“* Expl.: *„Conposuerunt apostoli etc.“*

De auctore, qui a. 1437 rector universitatis Viennensis et ab anno 1436 canonicus ad s. Stephanum fuit, cf. Aschbach 467—469.

5. F. 322'—333. R. **Tractatus de septem donis spiritus sancti reverendi magistri Nicolai de Dinkelspühel.**

Inc.: *„Egredietur virga de radice . . . Ex hac auctoritate et aliis.“* Expl.: *„Sed magis ad pias affectiones etc. Et sic est finis.“* (R.) Expliciunt septem dona spiritus sancti.

Cf. cod. 305 (27) et 341 (7).

6. F. 333—340. **(Tractatus Nicolai de Dinkelspühel de poenis damnatorum** incompl.).

Inc.; *„Sex solent enumerari, ex quorum quilibet.“* Expl. (per verba): *„Sed pocius penam.“*

Hic tractatus interdum Thomae de Haselbach tribuitur. Cf. Kropff o. c. 183; Pez Hieronymus, Scriptores rerum Austriac. II 687.

7. F. 340'—344. **(Quaestio, utrum corpora damnatorum cruciabuntur ab igne infernali,** incompl.)

Inc.: *„Utrum corpora damnatorum cruciabuntur ab igne infernali? Quod non, quia si continue cruciarentur.“* Expl. (per verba): *„Quod statum mortui non transmutat . . .“*

F. 344'—350' script. vacant.

8. F. 351—406'. **(Nicolai de Dinkelspühel sermones de sanctis,** incompl.)

Inc,: *„Quis putas puer iste erit . . . Cum parentes ac cognati.“* Expl. (per verba): *„Regnum celorum sine avaricia.“*

Idem opus asservat bibl. Scotorum Viennae; cf. Hübl o. c. n. 124 (3). — F. 407—410' script. vacant.

9. F. 411—443'. **(Marchesini a Regio Lepidi mammotrepton seu dictionarium super omnes libros bibliae** incompl.)

Inc.: *„Frater Ambrosius etc. frater in fide preferens* (recte: *perferens).“* Expl. (per verba); *„Arena penult. produc . . .“*

Cf. cod. 192 (1 et 5) — Idem opus (compl.) asservat bibl. St. Floriani, cf. Czerny n. 27 (1). — F. 444—447' script. vacant.

366

Membr. s. XIII.; f. 139; 31,8 × 23 cm; col. 2—4; man. plures; ligat. antiqua lign. corio impresso obducta, s. XV.; litterae initiales non sunt exaratae; f. 2': *„Liber sancte Marie in Niwenburga. Al. Saxo,“* cf. cod. 5; f. 69: *„Liber sancte Marie in Neuburga Claustrali,“* s. XV.; f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 21. Martii 1657“*; teg. ant. a in schedula adglutinata: *„Prima pars summe K XXXIIII,“* cf. cod. 284; in marginibus multae notae et divisiones theologicae; folia ultima tineis perforata sunt.

1. F. 1'—2'. **(Index capitulorum operis sequentis.)**

2. F. 3—138'. (Titulus in teg. ant. a:) R. **Prima pars summe (seu verbi abbreviati Petri Cantoris.)**

Initium operis requirendum est in fine codicis 284 f. 115. Praesens codex inc.: *„In tribus igitur existit exercitium sacre scripture.“* Expl.: *„Vel excussio dentium.“*

Ed. Migne P. L. t. 205 col. 23—370. — Divisio et tituli capitulorum dissimiles, ultima capitula maxime differunt ab editione ap. Migne. — De auctore et de hoc opere vide cod. 284. — F. 139 script. vacat.

367

Membr. s. XIII. et XIV.; f. 154; 33×24,5 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae, multae desiderantur; f. a cap. b: fragmentum iuridicum, s. XIV.; f. 56: *„Liber sancte Marie in Niwenburga,“* s. XIII ex. (Alb. Saxo, cf. cod. 5); f. 1 154: *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali,“* s. XV.; f. 1: *„Sum ex libris can. reg. Claustroneoburgensis bibliothecae 8. Iulii 1656;“* folia ultima tineis laesa.

1. F. 1—40. **(Mauritii distinctiones in usum praedicatorum alphabetice digestae,** incompl.)

Inc.: *„Circa abiectionem nota, qualiter in scriptura sumitur.“* Expl. (per verba): *„Qui non moriatur in baptismo . . .“* Pertingit tantum usque ad litteram B.

Idem opus asservat bibl. univers. Pragensis, cf. Truhlář o. c. n. 615. Prodiit ex parte (A—E) Venetiis 1603.

De auctore cf. Hurter IV 328.

2. F. 41—52'. **(Nicolai Vischel imago beatae virginis Mariae.)**

Praemisso registo capitulorum inc.: *„Nomen virginis Maria . . . Quia enim omne bonum melius cognitum amatur.“* Expl.: *„Se gaudent reparata. Amen.“*

Editiones vide ap. Hain n 11759.— De auctore cf. Hurter IV 407; Visch o. c. 250.

3. F. 52'—53'. **(Proprietates diversarum creaturarum similitudine convenientes virtutibus matris creatoris.)**

Praemissis capitulis inc.: *„Primo beata virgo comparatur celo.“* Expl.: *„Rutilans ignis caritatis.“*

Idem opus extat in cod. 773 (3).

In fine versus: *„Da michi dona tria, sanctissima virgo Maria,*
Da spacium vite, da divicias sine lite,
Regnum celeste post mortem da manifeste.“

4. F. 56—97' (s. XIII.). Inc.: *„[E]cce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Tempus acceptabile.“* Expl.: *„Ad patrie gloriam suspirare.“* (R.) **Explicit liber officiorum (Guilelmi) Praepositini de divino officio et divino per totum circuli anni.**

In fine: *„Sifridus. Valete. Vale.“*

De auctore et opere vide Grabmann, Gesch. d. schol. Methode II 552 sqq. — Opus nondum editum extat etiam in bibl. monast. S. Petri in Salzburg, cf. Pez Bernh. o. c. t. I f. VII.

De auctore cf. Hurter IV 171.

5. F. 98—154. **(Tractatus medicinales et therapeuticae de conservatione sanitatis, de aegritudinibus et doloribus corporis,** incompl.)

Exhibentur quinque diversi tractatus ab initio et in fine manci et incompleti, diversis manibus scripti.

368

Membr. s. XIII. ex.; f. 208; 33,4×22 cm; col. 2; man. II (f. 1—136', 145—167': Hartwici, custodis vel decani canoniae Claustroneoburgensis, qui inter alia codices eiusdem canoniae 450, 451, 452, 869 s. XIII. vergente scripsit); ligat. antiqua lign. corio rubro subtili obducta et umbilicis ferreis munita; litterae initiales rubrae; f. 1, 122, 207': *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali,"* s. XV.; f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 2. Iunii 1656."*

F. 1—207. **(Florilegium alphabeticum theologicum.)** R. De adventu domini corporali. Cap. XI.

Inc.: *„Adventus domini. In adventu domini, si personam venientis intueor."* Expl.: *„Tractum fuisse per plateas Ierusalem causa penitencie."*

Opus continet collectanea ad varias materias theologiae ex sacris litteris et ex operibus patrum et doctorum ecclesiae.

369

Chartac. s. XV. (a. 1443); f. 249; 30,8×21,5 cm; manus I; col. 2; ligat. rec.; litterae initiales rubrae, per partes desunt; f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 18. Sept. 1656."*

F. 1—248'. Inc.: *„Absolucio dicitur tripliciter, scilicet absolucio auctoritativa."* Expl.: *„Sinite utraque crescere usque ad messem dicit dominus noster Iesus Christus. Amen."* (R.) Explicit **liber Rozarii cum eisdem et omnibus titulis, qui continentur in floreto.** Finitus sub anno domini M⁰CCCC⁰XXXXIII⁰ secunda feria in palmis etc.

In fine (f. 248'—249') sequuntur adnotationes.

Idem rosarium seu dictionarium theologicum asservat bibliotheca universit. Pragensis, cf. Truhlář o. c. n. 694, 751, 2228 et 2365.

370

Chartac. s. XV.; f. 339; 31,7×22 cm; col. 2; man. II; ligat. antiqua lign., in torso restaur.; litterae initiales rubrae et caeruleae cum ornamentis; f. a cap. b (membr.) probationes pennae et: *„Bibliothecae Claustroneoburgensi sum inscriptus 16. Sep. 1656"*; f. a cap. b': registrum capitulorum libri Sapientiae, s. XIV.; in fine codicis quatuor folia vacua excisa sunt.

1. F. 1—53. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de partibus poenitenciae.)**

Ipc.: *„Ecce nunc tempus acceptabile . . . Duo sunt tempora hominis."* Expl.: *„Contra triplex ius naturale, ecclesiasticum et divinum. A quo nos custodiat, qui sine fine vivit et regnat . . ."*

Cf. Kropff o. c. 68—92. — Idem tractatus extat in cod. 341 (6).

2. F. 53'—153. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de dilectione dei et proximi et de praeceptis decalogi.)**

Prol. inc.: „*Scribitur Mathei 22º, quod, cum quidam legislator.*“ Tractatus prima pars (f. 56') inc.: „*In priore sermone audistis plura, que nobis debent esse occasiones.*“ Expl. (f. 95'); „*Que est quedam tristicia et de illa dictum est inter alia vicia capitalia.*“ Tractatus secunda pars (de praecept. decalogi f. 95') inc.: „*Preter precepta legis nature communia, ut sunt illa.*“ Expl.: „*Digna premio glorie sempiterne, ad quam . . .*“

Idem tractatus extat in cod. 341 (1).

3. F. 153—157. **(Nicolai de Dinkelspühel sermo de trinitate.)**

Inc.: „*Sicud accipi potest ex dictis doctorum.*“ Expl.: „*Et feliciter pervenire faciat ipsa sancta trinitas et indivisa unitas, cui est honor . . .*“

Cf. Kropff o. c. 182.

4. F. 157—201'. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de oratione dominica.)**

Inc.: „*Si quid pecieritis . . . Sanctus Crisostomus super illo Math. 7º.*“ Expl.: „*In Syon i. e. in celesti patria, qua (!) nos perducat . . .*“

Ed. Argent. 1516, f. 49—68.

5. F. 201'—239'. R. Sequitur **(tractatus Nicolai de Dinkelspühel) de octo beatitudinibus.**

Inc.: „*In ewangelio, quod legitur in festo omnium sanctorum.*“ Expl.: „*Largiatur nobis omnipotens dominus. Amen.*“

Ed. Argent. f. 92—109'. — Idem tractatus extat in cod. 341 (8).

6. F. 240—315. R. Sequitur **(tractatus Nicolai de Dinkelspühel) de septem mortalibus peccatis et remediis eorundem.)**

Inc.: „*Homo quidam fecit cenam . . . Notandum quod, ut dicit magister 2º Sentenciarum distinccione prima, deus a principio hominem ad hoc creavit.*“ Expl.: „*Qui talia ignorant.*“

Ed. o. c. 110 sqq.

7. F. 315—325. R. Sequitur **tractatus (Nicolai de Dinkelspühel) de confessione.**

Inc.: „*Secundum magistrum et doctores in quarto dist. 16. tres sunt partes vere penitencie.*“ Expl.: „*Preces fundere neglexerit.*“

Cf. cod. 305 (5). — F. 325' script. vacat.

8. F. 326—339. **(Sermones Nicolai de Dinkelspühel de septem donis spiritus sancti.)**

Inc.: *„Egredietur virga de radice Yesse . . . Ex hac auctoritate et aliis sacre scripture.“* Expl.: *„Sed magis ad pias affecciones.“*

Cf. cod. 305 (27).

371

Chartac. s. XV.; f. 313; 29,4×21 cm; col. 2; man. plur.; ligat. rec.; f. 1 initialis variis coloribus picta cum ornamentis, reliquae rubrae, plurimae desunt; f. a cap. b: *„Sum can. ręg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 2. Sept. 1656.“*

1. F. 1—241'. **(Sermones Thomae de Haselbach partis aestivalis et duo sermones de dedicatione.)**

Inc.: *„Si quis diligit me . . . Non solum scripture veteris et novi testamenti.“* Pars aestiv. sermonum expl.: *„Aliquid dignum pro eiusdem trinitatis gloria dixissem, que super omnia benedicta est . . .“* Sermones de dedicatione inc. (f. 233'): *„Ingressus Iesus perambulabat . . . Quantum gaudium, quantaque solempnitas fuerit.“* Expl.: *„Sua abissali gracia perducere dignetur salvator omnium Iesus Christus, qui . . .“*

Cf. cod. 350 (4).

2. F. 242—284. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de partibus poenitentiae.)**

Inc.: *„Ecce nunc tempus acceptabile . . . Duo sunt tempora hominis.“* Expl.: *„Protrahere penitencie remedium . . . Et hec sufficiant ad vere penitentem. Ex qua penitencia possumus acquirere vitam eternam, quod tribuat . . .“* Capit. ultim. incompl. In fine sub linea: *„Anno domini M°CCCC°LI° feria 2ª pasce.“*

Cf. cod. 341 (6) et 370 (1). — F. 284' — 290 script. vacant.

3. F. 290'. **(Index capitum operis sequentis.)**

4. F. 291—313. R. Incipit **tractatus magistri dicti Magni Alberti (?) de veris virtutibus.**

Prol. inc.: *„[S]unt quedam vicia, que frequenter speciem virtutis pretendunt.“* Opus inc.: *„Caritas ad deum vera est et perfecta.“* Expl.: *„Quia omnes unite sunt in gracia . . . (R.) Explicit tractatus de virtutibus.“*

Ed. Lugduni 1651 t. XXI. — F. 313' script. vacat.

372

Chartac. s. XIV. ex; f. 267; 29×20 cm; col. 2; man. I (Iacobi Currificis de Horn, quae etiam cod. 724 exaravit); ligat. rec.; f. 1, 146, 267: *„Liber sancte Marie*

in Neuburga Claustrali," s. XV.; f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 9. Oct. 1655."*

1. F. 1—12. **(Francisci de Mayronis [?] sermones de immaculata conceptione b. Mariae virginis.)**

Inc.: *„Absit istam rem facere . . . Quod ergo sanctissima dei genitrix est gloria christianorum."* Expl.: *„Ierusalem surge et sta etc. (R.) Puntschuch ha."*

Cf. Little o. c. 4.

2. F. 12'—36'. Inc.: *„Nondum erant abissi et ego . . . De concepcione inmaculate virginis tractatur."* Expl.: *„A Christo constituta est, qui cum patre* . . . (R.) Explicit **tractatus de concepcione Marie virginis editus a fratre Petro Aureoli,** ordinis fratrum minorum, magistro sacre theologie in Tholosa. Anno domini M⁰CCC⁰XIIII.

Ed. Petrus de Alva inter Monumenta seraphica Tolosae 1514. — De auctore, de hoc et sequente opere cf. Sbaralea o. c. 584 sqq.; Stanonik in „Katholik" 1882, p. 485—487; Hurter IV 372—374.

3. F. 36'—56. R. Incipit **repercussorium, editum contra adversarium innocencie matris dei, compositum per fratrem Petrum Aureoli, de ordine fratrum minorum.**

Inc.: *Iustificacionem meam, quam cepi tenere, non deseram . . . Iustifacacio inviolate virginis, quam dudum auxiliante domino suscepimus."* Expl.: *„Reprehendit me cor meum beate virginis. (R.) Explicit respercussorium etc. (R.) Slaniczka."*

Ed. Petrus de Alva inter Monumenta seraphica Tolosae 1514.

4. F. 57—98. **(Glossa ordinaria super „Missus est angelus.")**

Inc.: *„In mense sexto missus est angelus . . . Multipliciter infinite divine beneficencie magnitudo protestatur."* Expl.: *„Et porta celi, ad quam nos introducat Iesus Christus . . . "* In fine: *„Amen. Solamen. Aliquando non habemus panem etc. Slanicz."*

Cf. Serapeum XI 122.

5. F. 98—120'. R. Hic incipit **soliloquium beati (Pseudo-) Augustini.**

Inc.: *„Agnoscam te domine, cognitor meus."* Expl.: *„Reviviscere facis ut aquile canos meos. Tibi laus . . . "* (R.) Explicit Soliloquium beati Augustini nimium delectabile contemplanti.

Ed. Migne P. L. t. 40 col. 863—898.

6. F. 120'—126'. R. Hic incipiunt **meditationes sancti (Pseudo-) Augustini episcopi** etc. (incompl.).

Inc.: *„Domine, deus meus, da cordi meo."* Expl.: *„Secundum multitudinem tuarum complaceat miseracionum, per Iesum Christum . . . "*

Ed. Migne P. L. t. 40 col. 901—909.

7. F. 126'—129. **(Pseudo-Augustini sermo de contemptu mundi.)**

Inc.: „*Audite, fratres karissimi, salutiferam patris nostri doctrinam.*" Expl.: „*Perhennes reddamus gracias Iesu Christo . . .* "

Ed. Migne P. L. t. 40 col. 1215—1218.

8. F. 129—131'. R. **(Pseudo-) Augustinus de vanitate seculi.**

Inc.: „*In hac vita positi, fratres, ita agite.*" Expl.: „*Ut semper magnificetur dominus, qui vult pacem servorum eius. Amen.*"

Cf. Migne P. L. t. 40 col. 1213—1214.

9. F. 131'—135. R. **(Pseudo-) Augustinus de triplici habitaculo.**

Inc.: „*Tria sunt sub omnipotentis dei manu habitacula.*" Expl.: „*Benignum et misericordem, cui . . .* "

Ed. Migne P. L. t. 40 col. 991—998.

10. F. 135—148. R. **(Pseudo-) Bernhardus de templo (seu de interiore domo,** incompl.)

Inc.: „*Domus hec, in qua habitamus.*" Expl.: „*Revocare non possis.*"

Ed. Migne P. L. t. 184 col. 507—530.

11. F. 148—239. **(Henrici Susonis horologium sapientiae.)** R. Incipit prologus in librum, qui intytulatur horologium sapiencie: „*Sentite de domino in bonitate . . . Multifarie multisque modis olym in primitiva ecclesia.*" Opus f. 151 (praemisso registro capitulorum libri I.) inc.: „*Hanc amavi et exquisivi a iuventute mea et quesivi mihi sponsam assumere. Erat quidam iuvenis, deo notus.*" Expl.: „*In decore suo conspicientes Iesum Christum . . .* " (R.) Explicit horologium sapiencie fratris Amandi (i. e. Henrici Susonis), ordinis predicatorum.

De auctore et de hoc opere vide Hurter IV 544—545; Diepenbrock, Heinrich Suso's, genannt Amandus, Leben und Schriften, Augsburg 1854; Goedeke, Grundriß zur Gesch. der deutschen Dichtung, Dresden 1884, I 212.

12. F. 239'—267. **(Engelberti abbatis Admontensis tractatus super antiphonas O in adventu.)**

Prologus inc.: „*Aspiciebam in visu noctis et ecce in nubibus . . . Daniel vir desideriorum.*" Opus inc.: „*Laudes igitur et preces, que a fidelibus.*" Expl.: „*Obtinere misericordiam et graciam suam in presenti et gloriam in futuro . . . (R.) Explicit per manus Iacobi Currificis de Hörn etc.*"

In fine versus: „*Da michi dona tria*
Sanctissima virgo Maria (etc.)."

Idem opus extat in cod. 12 (3) et 265 (3).

373 A

Chart s. XIV.—XV.; f. 241; 28,2×22 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. 1, 107, 241': *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali,“* s. XV.; f. a cap. b: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 14. Aug. 1656.“*

1. F. 1—51. **(Tractatus de passione Christi,** incompl.)

Inc.: *„Egressus est Iesus trans torrentem Cedron . . . Hystoriam passionis dominice, que fuit sanativa morbi.“* Expl. (f. 39 per verba): *„Swadet Sap. Ecclesiastic. 19 d: Da locum timori altissimi.“*

F. 51'—56' script. vacant.

Ordo textus perturbatus est. Post f. 51 quatuor folia excisa sunt.

2. F. 57—140. **(Tractatus de caeremoniis missae,** incompl.)

Inc.: *„Celebraturus pontifex missarum sollempnia.“* Expl. (per verba): *„Ipse solus remansit. Alii autem prelati . . .“*

F. 141—150' script vacant.

3. F. 151—186'. R. Incipit **Peregrinus (sermones) de tempore.**

Inc.: *„Ecce rex tuus . . . In hiis verbis consolatur propheta.“* Expl.: *„Veniamus ad montem dei Oreb. Quod prestare nobis dignetur etc. Amen.“*

Editiones vide ap. Hain n. 12580—12586.

De auctore vide Quetif-Echard I 551 sq.; Fabricius-Mansi V 226.

In fine tabula librorum s. scripturae vet. test. lat. et germ.

4. F. 187—190. **(Tractatus de peccatis et virtutibus** incompl.)

Inc.: *„Peccatum est difformitas, quam deus detestatur.“* Expl. (per verba) *„Deo honorificenciam . . .“*

Excerptis ex Dieta salutis Guilelmi de Lanicia (vide n. 6) constat. — In fine (f. 190) registrum tractatus.

5. F. 190—194. R. Incipiunt **themata dominicalia in diaetam salutis.)**

Inc.: *„[A]biciamus opera tenebrarum . . . In adventu magni regis.“* Expl. *„In materia de contemplatione.“*

Hoc opus est appendix operis sequentis: Diaeta salutis, quae applicationem materiarum eiusdem continet ad usum concionatorum.

Edit. in operibus Bonaventurae Lugdun. VI 325—332.

6. F. 194—210'. R. Incipit **opus diete salutis (Guilelmi de Lanicia,** incompl.)

Inc.: *„[H]ec est via, ambulate in ea . . . Magnam misericordiam facit, qui erranti viam ostendit.“* Expl. (per verba): *„Caracter pretestinacionis. Sicut enim pas[tor] . . .“*

Impressum sub nomine Bonaventurae in operibus eius l. c. VI 272—296. Cf. Bonelli, Prodromus 700; de auctore vide Sbaralea 692.

7. F. 211—241. **(Sermones festivales et dominicales** incompl.)

R. De dedicacione sermo bonus. Inc.: „*Vox exultacionis et salutis . . . Sermonem istum, quem audistis, non est meus.*" Expl. (per verba): „*Alii homines cuiuscumque potestatis vel . . .* "

373 B

Chartac. s. XV. inc.; f. 228; 30,3×21 cm; col. 2; man. I; ligat. rec.; litterae initiales rubrae, multae desunt; f. 1, 121, 228': „*Liber sancte Marie in Newnburga Claustrali,*" s. XV.; f. 1: „*Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 2. Iunii 1656.*"

1. F. 1—218. **(Nicolai de Lyra expositio moralis seu mystica super omnes libros bibliae a lib. Pentateuchi usque ad librum Parabolarum Salomonis incl.)**

Prol. gen. inc.: „*[V]idi in dextera sedentis . . . Sedens super glorie thronum.*"

1. F. 1'—63. **(Expositio libri Pentateuchi.)**

Inc.: „*In principio creavit . . . In hoc capitulo creacio mundi describitur.*" Expl.: *Redditum nobis concedat, qui . . .* "

2. F. 63—68'. **(Expositio libri Iosue.)**

Inc.: „*Et factum est post mortem Moysi . . . Allegorice per Yosue Christus intelligitur.*" Expl.: „*Ut scribitur in eorum legendis.*"

3. F. 68'—75. **(Expositio libri Iudicum.)**

Inc.: „*Post mortem Yosue . . . Allegorice per Iudam signatur dominus noster.*" Expl.: „*Ad bonorum amissorum, prout fieri potest, recuperacionem.*"

4. F. 75—76. **(Expositio libri Ruth.)**

Inc.: „*In diebus unius iudicis . . . Secundum Hebreos iste fuit valde dives.*" Expl.: „*In celesti gloria sunt regnaturi, quod nobis . . .* "

5. F. 76—108. **(Expositio quatuor librorum Regum.)**

Inc.: „*Fuit vir unus . . . Allegorice per istum virum fuit signatus Christus.*" Expl.: „*Et suavissimam fruicionem, ad quam . . .* "

6. F. 108—118. **(Expositio librorum Paralipomenon.)**

Inc.: „*Adam, Seth, Enos. In hoc primo libro usque ad decimum capitulum.*" Expl.: „*Orandi devote penitentibus forma datur.*"

7. F. 118—121'. **(Expositio libri Esdrae.)**
Inc.: „*In anno primo Tyri regis . . . Cyrus iste figuram gessit nostri salvatoris.*" Expl.: „*Grex sequatur.*"

8. F. 121'—126'. **(Expositio libri Nehemiae.)**
Inc.: „*Verba Neemie. Per Neemiam, qui consolator interpretatur.*" Expl.: „*Remuneracionem bonorum consequitur supernorum.*"

9. F. 126'—128'. **(Expositio libri Tobiae.)**
Inc.: „*Tobias ex tribu et civitate Neptalim etc. Per Thobiam, qui interpretatur bonus domino.*" Expl.: „*Sic dies feliciter consummere. Quod nobis concedat etc.*"

10. F. 128'—131'. **(Expositio libri Iudith.)**
Inc.: „*Arfaxat itaque rex Medorum etc. Per istum, qui multas gentes superaverat.*" Expl.: „*Qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor et victoria . . .*"

11. F. 131'—134'. **(Expositio libri Esther.)**
Inc.: „*In diebus illis Asweri . . . Illum ordinem, quem tenui sacram scripturam exponendo.*" Expl.: „*In precedentibus virtualiter continentur.*"

12. F. 134'—158'. **(Expositio Iob.)**
Inc.: „*[V]ir erat in terra Hus . . . Philosophus primo ethicorum tetragano (!) conperat hominem virtuosum.*" Expl.: „*Post brevitatem presentis miserie, ad quam multitudinem nos perducat . . .*"

13. F. 159—218'. **(Expositio libri Psalmorum.)**
Inc.: „*[B]eatus vir . . . Sicut (dixi) plenius in exposicione litterali.*" Expl.; „*Pertranseo de aliis hic ponendis. Amen.*"

14. F. 218'. **(Expositio libri Parabolarum.)**
Inc.: „*Parabolae Salomonis. Sensus litteralis huius libri.*" Expl.: „*Pertranseo, quo ad presens. (R.) Et sic est finis prime partis moralitatum magistri Nycolay de Lyra.*"
Cf. cod. 10, 168 (1), 171(1, 3) et 175(1).

2. F. 218'—228. **(Petri Damiani liber, qui appellatur „Dominus vobiscum" ad Leonem eremitam.)**

Inc.: „*[N]on ignorat sanctitatis vestre prudencia.*" Expl.: „*Sive gemitus fundat.*"
Ed. Migne P. L. t. 145 col. 231—252.
Idem opus extat in cod. 194 (16).

374

Membr. s. XIV.; f. 184; 32 × 23 cm; col. 2; man. I; ligat. rec.; litterae rubrae et caeruleae, maiores cum ornamentis; f. 2', 76, 184': *„Liber sancte Marie virginis in Neuburga Claustrali,“* s. XV.; f. 1: *„Sum ex libris can. reg. Claustroneoburgensis bibliothecae, 2. Sept. 1656.“* Codex nitide exaratus est.

1. F. 1'—72. **(Summa poenitentialis Thomae de Chabeham.)**

Praemisso registro capitulorum prol. inc.: *„Cum miseraciones domini sint super omnia opera eius.“* Opus inc.: *„De penitencia igitur dicturi, subtilitates et inquisiciones theoricas pretermittemus.“* Expl.: *„Et hec de penitencia ad presens dicta sufficiant.“*

Cf. cod. 169 (2), 211 (2), 324(1) et 359(1).

2. F. 72'—80. R. Incipit **liber de confessione.**

Inc.: *„Hec est regula in ecclesia dei constituta.“* Expl.: *„Item alieni plebezani.“*

F. 80' script. vacat.

3. F. 81—101. **(Ioannis de Deo summa de poenitentiis.)**

R. Ad honorem summe trinitatis . . . Prol. inc.: *„Venerabili patri ac domino A. divina providencia.“* F. 81' opus inc.: *„Sic tene, quod subtiliter et astute.“* Expl.: *„In amplitudine caritatis acquiritur regnum dei. (R.) Explicit liber VII^us a magistro Ioanne de Deo conpilatus.“*

Cf. cod. 278 (3), 337(4) et 364(4).

4. F. 101'—146. R. **Summa iuris (Iohannis Calderini?)**

Prol. inc.: *„Fecit deus duo luminaria magna . . . utrumque tamen magnum, alterum tamen minus . . . Igitur ad firmamentum celi id est universalis ecclesie fecit deus duo luminaria magna.“* Opus titulis libri primi praemissis inc.: *„Quid est fides? Fides est substancia vel fundamentum rerum sperandarum.“* Expl.: *„Ut dictum est sub tytulo de rescriptis. (R.) Explicit summa iuris.“*

Hoc opus est commentarius in V. lib. decretalium Gregorii IX. Cf. Schulte II 249.

5. F. 146'—183. R. **Innocencius Magnus (papa III.) de missa.**

Prol. inc.: *„Tria sunt, in quibus precipue lex divina, consistit.“* Opus inc. praemissis capitulis primae partis libri: *„Cum apostolice sedis antistes.“* Expl.; *„Totum continue censui sustinendum (!).“ (R.) Explicit Innocentius Magnus de missa.“*

Ed. Migne P. L. t. 217 col. 773—916. — F. 183'—184' scriptura vacant.

375

Membr. et chartac. (usque ad f. 46 constat sexternis, quorum externa et interna plagula membr.) s. XV. (a. 1410); f. 334; 30,8 × 21 cm; col. 2; man. principalis

Wolfhardi de Weytra; ligat. rec.; litterae initiales rubrae, caeruleae et virides, prima cum ornamentis, multae non sunt exaratae; f. a cap. c, 165', 334': *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali,“* s. XV.; f. a cap. c: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 6. Sept. 1656;“* f. a cap. b et f. ad calc. a (inverse inligat.): fragmenta astronomica, s. XIV. in.

1. F. 1—320'. **(S. Thomae de Aquino Secunda secundae Summae theologicae, q. 1—100.)**

Prol. inc.: *„Post communem consideracionem de virtutibus.“* Capitulis praemissis opus inc.: *„Ad primum sic proceditur. Videtur, quod obiectum fidei non sit veritas prima.“* Expl.: *„Non tamen prelacionem accipiat.“* In fine: *„Sequitur de pietate Wolfhardus.“*

In editione Romae 1908, VIII. et IX. p. 1—368. — Cf. cod. 276.

2. F. 321—326'. **(Tabula quaestionum in hoc codice contentarum.)**

In fine versus: *„Wolfhardus Sartoris de Weytra leb an sargen alletag infixus.*
Quamvis per multos cuculus cantaverit annos,
Dicere tamen adhuc nescit aliud nisi cukcuk.“

Ed. in Serapeum XI 122.

Inferius: „Anno domini M°CCCC° decimo finitus est liber iste in die sancti Felicis pape et martiris per Wolfhardum de Weytra.“

3. F. 326'—334'. (Alia recentiore manu: **Tabula alphabetica** [incompl.]).

376

Chartac. s. XV. (a. 1420); f. 203; 30,2 × 21 cm.; col. 2; man. I (Iohannis Awer); ligat. rec.; litterae initiales rubrae et caeruleae, f. 1. et 193 initiales cum ornamentis; f. 1, 122, 202': *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali,“* s. XV.; f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburg. bibliothecae inscriptus 6. Sept. 1656.“*

1. F. 1—4. **(Tractatus de VII vitiis capitalibus,** incompl.).

Inc.: *„Hec est via . . . Magnam facit misericordiam et humilitatem, qui fagabunda dirigit.“* Expl. (per verba): *„Ideo abhorribilis est et fugienda . . “*

2. F. 4'—192. **(Sermones de tempore Simonis de Cremona.)**

Praef. inc.: *„Frater Symon de Cremona . . . viro magne honestatis, maioris caritatis, maxime castitatis Pantonio(!) . . . Quia divina coadiuvante gracia.“* Sermones inc.: *„Abiciamus ergo opera tenebrarum . . . Doctor egregius, doctorum speculum, Augustinus.“* Expl.: *„Qui eciam nos transtulit in regnum dileccionis filii, ad quod . . . “* In fine: *„Iohannes Awerus.“*

Editiones vide ap. Hain n. 5822—5823.

Simon de Cremona, ordinis eremitarum s. Augustini, vixit circa a. 1337. Cf. Hurter IV 567; Ossinger 273—275. — F. 192' script. vacat.

3. F. 193—202'. **(Tabula alphabetica.)**

In fine: *(R.) Explicit per manus (rubricatoris?) Mathey de Krain."* Inferius: *„Explicit hoc opus predicabile super ewangelica dicta, epistolarum dominicarum tocius anni, finitum per Iohannem Awerus anno domini millesimo CCCC⁰ vicesimo in vigilia sancte Barbare virginis etc. Amen. O pulchra, o clara, o dulcis virgo Barbara."*

F. 203 et 203' script. vacant.

377

Membr. s. XIV. in.; f. II + 128; 30,8 × 21 cm; col. 2; man. I; ligat. rec.; litterae rubrae et caeruleae cum ornamentis; f. II: *„Liber s. Marie in Neunburga Claustrali,"* s. XV. et: *„Can. reg. Claustroneoburgensis bibliothecae 1656"*; f. 128: *„Liber Nicolai Zellari iudicis. Patav.,"* s. XV.; f. I et f. ad calc. a et a': probationes pennae.

1. F. I'—II'. (Alia manu s. XV ex.: **Index capitulorum operis sequentis.)**

2. F. 1—128. **(Guilelmi Peraldi summa vitiorum.)**

Prol. inc.: *„Tractatus iste continet VIIII partes."* Opus (f. 5) inc.: *„Dicturi de singulis viciis, cum opportunitas se offert."* Expl.: *„Tacere vero nunquam." (R.) Explicit summa viciorum. Pande genus morum, iam finis adest viciorum."*

Cf. Serapeum XI 122 et cf. cod. 187 (1).

F. 128' script. vacat.

378

Chartac. s. XV. in.; f. 376; 30×21 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. 1, 224, 376: *„Liber sancte Marie in Neuburga Claustrali,"* s. XV.

1. F. 1—2. **(Registrum capitulorum operis sequentis.)**

2. F. 2'—371. **(Guilelmi Peraldi summa vitiorum.)**

Prol. inc.: *„Tractatus iste continet IX partes."* Opus (f. 11') inc.: *„Dicturi de singulis viciis, cum opportunitas se offerat."* Expl.: *„Tacere vero nunquam."*

Cf. cod. 377.

F. 371—376 additamentum de eadem materia exhibetur.

379

Chartac. s. XIV.—XV. (a. 1387, 1409); 29,8×20 cm; col. 2; man. II (man. II. f. 230—238 Ioannis presbyteri de Marhekka); ligat. rec.; litterae initiales rubrae, f. 1 cum ornamentis; f. ad calc. a in folio adglutinato et valde laeso adnotatio de lectione huius libri et nota de celebratione missae per malos sacerdotes.

1. F. 1—220. Prol. inc.: *„Quoniam, ut ait Gregorius super Ezechielem."* Opus inc.: *„Abbas in suo monasterio."* Expl.: *„Ut dictum est supra invidia c. 2⁰."* (R.) Explicit **summa Pysani (Bartholomaei de s. Concordio),** finita sub anno domini millesimo CCC⁰ LXXXVII⁰ Wienne in vigilia palmarum.

Cf. cod. 319 et 364 (1) — F. 220' script. vacat.

2. F. 221—225. **(Ordo iudiciarius.)**

Inc.: *„Antequam dicatur de processu iudicii."* Expl.: *„Vel informet seu reget. Et hec de processu iudicii sufficiant. Explicit etc."*

Idem opus extat in cod. 349 (7).

F. 225' — 226: sequuntur versus rubricarum sive titulorum l. I—V Decretalium, glossati, incip.: *„Primus summa fides, statuit, scribit, quoque swescit."* Cf. Rose o. c. n. 617(4) et 831(36), II. p. 562 et 930.

F. 226—228: sensus cunctorum titulorum Decretalium.

3. F. 228'—230. **(Tabula alphabetica summae Pisani.)**

In fine decreta de simoniacis et de dispensatione.

4. F. 231—237. Prol. inc.: *„In nomine . . . Ego Paulus, dictus Cholner, clericus Ratisponensis, inter omnes decretorum licentiatos minimus. Cum muliere paupercula."* Opus inc.: *„Sepcies in die laudem dixi tibi . . . Hec verba originaliter . . . Sed, quoniam, ut ait beatus Augustinus in libello de correccione (!) et gracia."* Expl.: *„In honorem illius, qui est benedictus . . . "* (R.) Explicit **tractatus de horis canonicis per dominum Paulum Chollnner collectus,** finitus anno domini M⁰CCCC⁰IX in vigilia Thome. Iohannes, presbyter de Marhekka.

Auctor memoratur a Schulte o. c. II. 384. — Sequuntur (f. 237'—238) excerpta et variae notae. — F. 238'—240 script. vacant. — F. 240' probationes pennae.

380

Chartac. s. XV. (a. 1422); f. 307; 30,3×21 cm; col. 2; man. Thomae de Leuczestorff; ligatura rec.; littera initialis prima caerulea, reliquae litterae capitales rubrae; f. a cap. b, c: fragmenta decretalium, s. XIV.; f. ad calc. a et b: fragmenta commentarii iuridici, s. XIII. et XIV.; f. a cap. c: *„Summa virtutum magistri Wilhelmi cancellarii Parisiensis, beate Marie in Newnburg,"* s. XV.; f. 167 et 304: *„Liber sancte Marie in Neuburga Claustrali,"* s. XV.; f. a cap. b: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus9. Sept. 1656."*

F. 1—304. Inc.: *„Postquam iam claruit ex ordine ipso rerum divinalium."* Expl.: *„Quod est de infinibili felicitate beatarum animarum . . . Amen."* (R.) Anno dominice incarnacionis millesimo CCCC⁰ vicesimo secundo finita est hec **summa de viciis et virtutibus domini Gwilhemli (Alverni) episcopi Parysyensis** per me Thomam de Leuczestorff feria quinta ante Mathei apostoli hora sexta vel quasi.

Ed. inter opera omnia, Parisiis 1674, I 102—328.

De auctore cf. cod. 34. — F. 304'—307' script. vacant.

In fine versus scriptoris: „Heu male scripsi, quia scribere non bene scivi. Ergo parcatis excessum discontinuitatis."

381

Chartac. s. XV.; f. 252; 30,4×21 cm; col. 2; man. II; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. 2, 91, 252': *„Liber sancte Marie in Newburga Claustrali,“* s. XV.; f. 1: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure sum inscriptus 8. Iulii 1656.“*

F. 1—252'. R. Incipit **conpendium moralium notabilium conpositum per Ieremiam iudicem Montagnonensem, civem Paduanum.**

Chartac. s. XV.; f. 371; 29,3×21 cm; col. 2; man. III; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; tegum. ant. b in schedula membr. adglutinata index contentorum, s. XVI. in. a canonico reg. Claustroneoburg. Christophoro Lamprechtshauser scriptus; f. 1: „*Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 31. Octobris 1656.*“

1. F. 1—148. (**Nicolai de Dinkelspühel sermones a dominica prima adventus usque ad dominicam palmarum.**)

Inc.: *„Benedictus, qui venit . . . Evangelium, quod in prima dominica adventus legitur secundum breviarium Pataviense."* Expl.: *„Et sic acceperunt eum in regem."*

Cf. cod. 414 (2).

2. F. 148—162. R. **(Nicolai de Dinkelspühel) tractatus de passione domini.)**

Inc.: *„Quamvis devocionis christiane principalis causa."* Expl.: *„In celis regnat in eternum cum patre . . ."*

Cf. cod. 414 (4).

3. F. 162—182'. **(Nicolai de Dinkelspühel expositio historiae dominicae passionis.)**

Inc.: *„In prioribus tribus sermonibus dixi de tribus."* Expl.: *„Sibi colligare dignetur idem ipse dominus et salvator noster, qui . . ."*

Cf. cod. 414 (5).

4. F. 182'—224'. **(Nicolai de Dinkelspühel sermones a dominica resurrectionis usque ad dominicam infra octavam ascensionis domini.)**

Inc.: *„Maria Magdalena et Maria Iacobi . . . Maria Magdalena et Maria Iacobi minoris mater."* Expl.: *„Nec forte noscere tenebantur."*

Cf. cod. 414 (6).

5. F. 224'—299. **(Nicolai de Dinkelspühel sermones de tempore a dominica pentecostes usque ad adventum.)**

Inc.: *„Si quis diligit me . . . Sicut tradunt doctores circa distinccionem (primam) primi Sentenciarum nullus actus noster bonus est deo acceptus et meritorius."* Expl.: *„Ad manifestacionem et evidenciam facti ne videatur confictum . . ."*

Idem opus extat in codicibus nostris 482(3) et 521(1) nec non in bibl. monast. Scotorum Viennae, cf. Hübl cod. 124 (2).

F. 300—300' script. vacant.

6. F. 301—341. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de oratione dominica.)**

Inc.: *„Si quid pecieritis . . . Sanctus Crisostomus super illo Math. 7⁰."* Expl.: *„In Sion. Amen."*

Cf. cod. 370 (4). — F. 341'—348' script. vacant.

7. F. 349—360. R. **Tractatus (Nicolai de Dinkelspühel) de septem donis spiritus sancti.**

Inc.: *„Egredietur virga de radice Yesse . . . Ex hac auctoritate et aliis sacre scripture."* Expl.: *„Sed magis ad pyos (!) affecciones."*

Cf. cod. 421 (4).

8. F. 360—363. **(Tractatus Nicolai de Dinkelspühel? Thomae de Haselbach? de poenis damnatorum.)**

Inc.: *„Sex solent enumerari, ex quorum quolibet."* Expl.: *„Eterna gaudia promereri auxiliante domino nostro Iesu Christo . . ."*

Cf. cod. 365 (6).

9. F. 363—366. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de morte, incompl.)**

Inc.: *„De uno ex sex predictis, ex quibus fideli anime."* Expl.: *„Sed pocius penam."*

Cf. cod. 341 (9). — F. 367—371' script. vacant.

424

Chartac. s. XV. (f. 1—25': a. 1456, f. 230—323: a. 1446); f. 325; 29 × 21,5 cm; col. 2; manus plures, f. 1—25', 130—132, 225'—228 et 323—324': Petri Haushaimer, cooperatoris in Mauttaren, f. 230—323': Ioannis Swaebel de Gerersdorf; ligat. rec.; litterae initiales rubrae et nigrae; teg. ant. b in schedula membr. adglutinata: index contentorum, s. XV.; f. a. cap. b, b' et f. ad calc. a, a': fragmenta breviarii s. XIII. cum neumis; f. a cap. b versus possessoris prioris s. XV.:

„Cuius hic liber, sit ab omni crimine liber,
Vivat tot felix, quot vixit tempora fenix,
Vivat tranquille Petrus per secula mille."

F. a cap. b, b', c' et f. ad calc. a et a' notae diversae et versus latini varii argumenti inc.: *„Pax vobis inquit lupus ovesque salutat"*; f. a cap. c versus historici de tempore Friderici III. (a. 1463):

„Arrogans Wienna rixas regum negligencia prodis,
Bicipitem colis, sub cuius veneno peribis.
Anno milleno quadringentesimo terno
Et sexagesimo Christo de virgine nato
Angunt Wiennenses ramusculi Mediolenses,
Austria turbatur per A[lbertum] per F[ridericum] sed depopulatur.
Borones ceci militares denique claudi
Student deliciis, denegant opemque colonis.
O deus omnipotens, quam mesta Norica stat gens,
Succurre miseris, ruinam confer inimicis."

Ed. Zeibig in Serapeum XI, 121. — Inferius: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 9. Sept. 1656."*

1. F. 1—25'. **(Tabula alphabetica operum contentorum.)**

In fine: *„Actum per me Petrum Hawshaimer de Hawshaym, presbiterum Pataviensis dyocesis, tunc existentem cooperatorem divinorum in Mauttaren. Anno domini M^o^CCCC^o^ quinquagesimo sexto, in die Valentini confessoris."*

2. F. 26—26'. **(Duo sermones in illud:) Confitebor tibi pater.**

Inc.: *„Sicut inter virtutes morales."* Expl.: *„Sicut habetur in ewangelio. Pr gracia dicamus Ave Maria."*

F. 27—37' script. vacant.

3. F. 38—100 et 114'—122'. R. **Magister Nicolaus de Dinkelspuhel de viciis et virtutibus eis oppositis.**

Inc.: *„Nunc dicendum est de viciis."* Expl.: *„Qui talia ignorant."*

Idem tractatus in cod. 341 (2).

4. F. 100'—103'. R. **De fraterna correccione (magistri Nicolai de Dinkelspühel.)**

Inc.: *„Quia proxime dictum est, quomodo in publicacione aliquorum peccatorum fratris."* Expl.: *„Quia lucrati estis a Christo. Hec ille etc."*

Ed. Argent. f. 114—115'.

5. F. 103'—105'. **(Thomae de Haselbach tractatus de offertorio.)**

Inc.: *„Racione relapsi nuper conbusti possent aliqui."* Expl.: *„Seculari udicio sunt relinquendi."*

Idem opus extat in cod. 405 (6).

6. F. 105'—114'. **(Nicolai de Dinkelspühel confessionale.)**

Inc.: *„Secundum magistrum et doctores in quarto distinccione (16) tres sunt partes vere penitencie.* Expl.: *„Preces fundere neglexerit . . ."*

Idem opus extat in cod. 418(7).

7. F. 122'—126. R. **De penis inferni (tractatus Nicolai de Dinkelspühel? Thomae de Haselbach?).**

Inc.: *„Sex solent enumerari, ex quorum quolibet."* Expl.: *„Eterna gaudia promereri auxiliante domino nostro . . ."*

Idem opus extat in cod. 365 (6) et 423 (8).

8. F. 126—130. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de morte.)**

Inc.: *„De uno ex sex predictis, ex quibus fideli anime."* Expl.: *„Sed pocius penam. Et sic est finis . . ."*

Sequitur breve additamentum.

9. 9. F. 131—132. **(Sermo de s. Stephano.)**

Inc.: *„Eicientes eum extra civitatem . . . In hiis verbis duo notantur, scilicet Iudeorum malignitas et passionis sancti Stephani qualitas."* Expl.: *„Facienti consilium nequam . . ."*

F. 132'—133' script. vacant.

10. F. 134—167'. R. **Scripta magistri Nicolai de Dinkchelpühel de octo beatitudinibus.**

Inc.: *In ewangelio, quod legitur in festo omnium sanctorum."* Expl.: *„Pervenire ad beatitudinem eternam, largiatur nobis omnipotens dominus Amen."*

Idem opus extat in cod. 422 (4).

F. 168 et 168' enumeratio vitiorum, peccatorum diversorum, donorum spiritus sancti, donorum pietatis, operum misericordiae et circumstantiarum peccatum aggravantium, lat. et germ. — F. 169 scriptura vacat. — F. 169' tabula astronomica.

11. F. 170—225. **(Thomae de Haselbach sermones de novem alienis peccatis.)**

Inc.: *„Ad Philipenses primo hortatur apostolus fideles."* Expl.: *„Ut habetur Ieremie 39 et suo modo de aliis. Amen."*

Idem opus extat in cod. 403 (2).

12. F. 225'—226. **(Tractatus de modo audiendi verbum dei,** incompl.)

Inc.: *„Qualiter debeamus audire verbum dei."* Expl. (per verba): *„Polluti sunt sangwine . . ."*

F. 226' script. vacat.

13. F. 227—228. R. **(Sermo in) dominica quarta post resurreccionem** (incompl.)

Inc.: *„Ille arguet mundum de peccato . . . Imminente solemnitate spiritus sancti."* Expl. (per verba): *„Iniuste, quod iustum est, exequitur, qui . . ."*

F. 228'—229' script. vacant.

14. F. 230—323. R. **Decem precepta edita per egregium magistrum (Nicolaum) de Dinkelspühel, theologie sacre professorem.**

Tractatus de dilectione dei et proximi inc.: *„Scribitur Mathei 22., quod cum quidam legisdoctor."* Tractatus de praeceptis decalogi inc. (f. 267): *„Preter precepta legis nature communia, ut sunt illa."* Expl.: *„Digna premio glorie sempiterne, ad quam nos perducere dignetur . . ."*

In fine: *(R.) „Per manus Iohannis Swåbel de Gerersdarff finitus et scriptus die apostolorum Petri et Pauli anno 1446. Rubricatus vero in die Affre eiusdem anni."*

15. F. 323—324. **(Sermo in illud:) Simili autem pena servus cum domino afflictus est** (incompl.)

Inc.: *„Legitur Numeri 16., quod Chore filius Ysnar (!) fratris Amram."* Expl. (per verba): *„Virum dei . . ."*

F. 325 et 325' script. vacant.

425

Chartac. s. XV. (f. 1—13': 1413); f. VIII + 208; 29,6 × 21 cm; col. 2; manus plures, f. 62—111' et 148—158': man. Egidii Schrelzzer de Frisaco, f. 160—207' man. Ioannis de Ley; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. a cap. b et f. 124: *„Liber sancte Marie in Newburga Claustrali"*, s. XV.; post f. 207 plura folia excissa sunt.

1. F. I. (Index contentorum.)

F. I'—VIII' script. vacant.

2. F. 1—8'. R. **Sermo magistri Nicolai de Dinkhelspühel de resurrectione domini.**

Inc.: „*Convertisti planctum meum . . . Super illo psalmo: Nisi dominus edificaverit domum.*“ Expl.: „*Non timidi, sed securi videamus Iesum Christum . . .*“

Cf. Kropff o. c. 181.

3. F. 8'—13'. R. Incipit **sermo in festo pasce.**

Inc.: „*Vicit leo de tribu Iuda . . . Vicit plane, vicit Iudeorum plasphemias.*“ Expl.: „*Ut semetipsum nobis ostendat, qui . . .*“ (R.) Scriptus vigilia palme anno 1413°.

4. F. 13'—59. R. Nota **dicta** magistri Nycolai Tinckelspüchl (recte: **Henrici de Vrimaria) super decem precepta.**

Prol. I. inc.: „*Audi, Israhel, precepta . . . In verbis istis spiritus sanctus.*“ Prol. alter inc.: „*Intendentes igitur, per quam exhortacionem.*“ Opus inc.: „*Primum preceptum appropriate respicit potenciam patris.*“ Expl.: „*Quod vinum meritis gloriose virginis Marie nobis prestare dignetur eius filius benedictus, qui . . .*“

Cf. cod. 335(7), 349(15), 357(3) et 419(2). — F. 59'—61' script. vacant.

5. F. 62—111'. **(Sermones quadragesimales.)**

Inc.: „*Cum ieiunas, unge caput tuum . . . Salvator noster Iesus Kristus salutem omnium cupiens.*“ Expl.: „*Nec estimare debet, quod Cristus se habeat etc.*“

In fine versus rubricatoris et scriptoris: „*Frisaco natus, Egidius Schrelzzer sumque vocatus.*“

F. 112—113' script. vacant.

6. F. 114—117'. R. **Sermo in cena domini.**

Inc.: „*Cenantibus illis . . . Honorabiles patres ac domini mei reverendi, sancte et individue trinitatis speculator divinissimus beatus Augustinus.*“ Expl.: „*Nostras animas resuscitare, qui . . .*“

7. F. 118—121'. R. **Sermo in cena domini.**

Inc.: „*Desiderio desideravi . . . Venerabiles patres et domini mei, sicut sacra testatur scriptura, ewangelicus sermo ad hoc principaliter noscitur institutus.*“ Expl.: „*Patriam celestem nos faciat possidere, cui . . .*“

F. 122—123' script. vacant.

8. F. 124—128. R. **Sermo de resurreccione domini.**

Inc.: „*Deus suscitavit eum a mortuis . . . Reverendi patres magistri ac domini, divine scripture considerantibus decursum.*“ Expl.: „*Hodie resurgens a mortuis in secula benedictus. Amen.*“

9. F. 128—135. R. **Sermo in cena domini.**

Inc.: „*Accipite et manducate . . . Quia difficile est verbum dei predicare.*“ Expl.: „*Habet vitam eternam, quam ipse nobis concedat, qui . . .* “

F. 135—136 sequitur additamentum. — F. 136' script. vacant.

10. F. 137'—141. **(Sermo in nativitate domini.)**

Inc.: „*[I]n propria venit . . . Prestantissimi p(atres), m(agistri) ac ceteri domini . . . Augustinus in omelia super ewangelio premisso, cuius inicium intuentes.*“ Expl.: „*In propria veniens, misericorditer prestare dignetur . . .* “

F. 141'—147' script. vacant.

11. F. 148—158'. **(Ioannis Militii sermo de nativitate B. M. V.)**

Inc.: „*Liber generacionis Iesu . . . Hic est liber mandatorum dei.*“ Expl.: „*Hic per graciam et per gloriam in futuro, ad quam . . .* “

Idem opus extat in bibl. Scotorum Vienn.; cf. Hübl. o. c. n. 311 (43). De auctore cf. cod. 265 (5) — F. 159 et 159' script. vacant.

12. F. 160—174. **(Sermones tres de B. M. V.)**

Inc.: „*Exortum est in tenebris . . . In verbis istis ortus virginis gloriose nobis aliqualiter innotescit.*“ Expl.: „*Masculini sexus.*“

F. 174'—175' script. vacant.

13. F. 176—184. R. **Sermo de annunciacione Marie virginis** (alia recentiore manu:) **magistri Conradi Ebray(ci).**

Inc.: „*Ave Maria, gracia plena . . . Adeamus cum fiducia ad thronum gracie.*“ Expl.: „*Quas divicias nobis concedat Iesus Christus, flos virginis . . .* “

De auctore cf. cod. 292 (1).

14. F. 184—189'. Inc.: „*Altare de terra facietis michi . . . Magnum pietatis ineffabile sacramentum.*“ Expl.: „*Et honorem et gloriam dei patris . . .* “ (R.) Explicit **sermo bonus predicatus Wyenne per magistrum Chunradum de Ebrayco in annuncciacione dominica.** In fine nomen scriptoris: „*Io(annes) de Ley.*“

15. F. 189'—197. R. **Sermo de omnibus sanctis.**

Inc.: „*Beati, qui habitant in domo tua . . . Hominem, qui vult loqui de festo hodierno, instruit dominus.*“ Expl.: „*Ad quam habitacionem nos perducat Iesus Christus . . .* “

16. F. 197—198'. **(Sermo de omnibus sanctis.)**

Inc.: „*Hodierna dies excellentissime dignitatis est.*“ Expl.: „*Vel habere nequirent . . .* “

17. F. 199—201. R. **Sermo de sancto Spiritu.**

Inc.: „*Verbo domini celi firmati sunt . . . Fratres karissimi, scire debetis, quanta sit solempnitas ista et quare.*“ Expl.: „*In plenitudine bonorum omnium, que oculus non vidit . . .*“

18. F. 201—205. **(Sermo de spiritu sancto.)**

Inc.: „*Dum complerentur dies penthecostes . . . Hodie recolit ecclesia illam habundantem et excellentem donacionem.*“ Expl.: „*Lignum crucem significat.*“

F. 205' script. vacat.

19. F. 206—207'. R. **Sermo de sancta trinitate.**

Inc.: „*O altitudo diviciarum . . . Ammiracio beati Pauli.*“ Expl.: „*Subditur: ipsi honor et gloria . . .*“

426

Chartac. s. XV.; f. XXV + 274; 28,6 × 21 cm; col. 2; man. plures (f. 122'—130' et 174'—176 man. Petri Hawshaimer, v. cod. 424); ligat. rec; litterae initiales rubrae et nigrae; f. a cap. b: a. 1469 et in schedula membr. adligata: index contentorum, s. XVI. in.; f. a cap. b' et f. ad calc. a: fragmenta litterar. missar. fundat. Wolfgangi et Afrae lörger a. 1468; f. ad calc. a' versus lat. Petri Hawshaimer inc.: „*In senium vergo, caput ad declivia mergo.*“

F. I—XXV script. vacant.

1. F. 1—42'. R. **(Nicolai de Dinkelspühel:) Tractatus de tribus partibus penitencie.**

Inc.: „*Ecce nunc tempus acceptabile . . . Duo sunt tempora hominis.*“ Expl.: „*Contra triplex ius, naturale, ecclesiasticum et divinum. A quo nos custodiat, qui . . .*“ (R.) Explicit quadragesimale reverendi magistri Nicolai Dinkhelspuchell.

2. F. 42'—59'. **(Tractatus de poenitentia.)**

Inc.: „*Ductus est Ihesus in desertum . . . Circa istam partem, ut temptaretur.*“ Expl.: „*Gravitas satisfaccionis.*“

F. 60 et 60' script. vacant.

3. F. 61—94. **(Tractatus de quatuor novissimis Gerardi de Vliederhoven.)**

Inc.: „*Memorare novissima tua . . . Sicut dicit Augustinus in libro meditacionum plus vitanda est solius peccati feditas.*“ Expl.: „*Ac novissima providerent. Amen.*“

Cf. cod. 395 (3).

4. F. 94'—122. **(Thomae de Haselbach tractatus de operibus misericordiae.)**

Inc.: „*Beati misericordes . . . Dominus noster Iesus Christus cupiens nos invitare.*" Expl.: „*Iam non revertentur, de quo sit benedictus deus . . .*"

Ultimum capitulum deest. — Idem tractatus extat in cod. 411 (4).

5. F. 122'—124. R. **(Duo sermones de) kathedra Petri.**

Inc.: „*Tibi dabo claves . . . In quibus verbis invenitur maxima dignitas.*" Expl.: „*Vos estis genus electum.*"

6. F. 125—130' et 174'—176. **(Thomae de Haselbach tractatus de poenis inferni.)**

Inc.: „*Salvator tangit de penis et tristiciis inferni.*" Expl.: „*Divina gracia adiuvante vincamus. Amen.*" (R.) Hec ex sermonibus magistri Thome Haselpach in parte hyemali de tempore in evangelio: Cum descendisset Iesus de monte.

Idem opus extat in bibl. nat. Vienn. n. 3733 (4). — Cf. Pez Hieronym. in Script. rer. Austriae. t. II, 687.

7. F. 131—174. **(Thomae de Haselbach tractatus de quinque sensibus.)**

Inc.: „*Quanta mala incurrant.*" Expl.: „*Expostulo preces pro mercede.*"

Idem opus asservat bibl. nat. Vienn. n. 4218 (17). — Cf. Denis I, 2290.

F. 174'—178' script. vacant.

8. F. 179—186'. **(Tractatus de pluralitate beneficiorum.)**

Inc.: „*Cum turbe vellent dominum nostrum Iesum Christum facere regem . . . Ipse dominus vere et non ficte declinavit honorem regni.* Expl.: „*Dividimus spolia . . .*"

9. F. 186'—194. **(Henrici de Bitterfeld tractatus de horis canonicis.)**

Inc.: „*Sepcies in die laudem dixi tibi . . . Reverendi patres et domini venerabiles, quamvis omnipotens deus semper et omni tempore sit a nobis laudandus.*" Expl.: „*Quod ille benigne nobis concedat, qui . . .*" (R.) Explicit tractatus de horis canonicis persolvendis. Deo gracias.

Henricus de Bitterfeld, ex ordine praedicatorum, in Brieg vixit s. XIV. exeunte. Cf. Sommerfeldt in Zeitsch. f. kath. Theol., Innsbruck 1911, p. 578.

10. F. 194'—197. **(Regula sacerdotum saecularium edita per Henricum de Hassia.)**

Inc.: „*Multi sunt sacerdotes religiosorum regulas deridentes.*" Expl.: „*Et sic, ut spero, post hanc miseriam merebuntur coronari corona inmarcessibili (!) in eternum. Amen.*"

Cf. cod. 387 (4).

11. F. 197'—202'. **(Tractatus de monachis proprietariis.)**

Inc.: *„[M]onachus dicitur persona obedienciam, paupertatem et castitatem professa."* Expl.: *„Et bonis operibus insudatur etc. Ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi . . . Explicit tractatulus bonus de proprietariis monachis ordinum approbatorum . . ."*

12. F. 203—224. R. **(Sermones octo:) De corpore Christi.**

Inc.: *„Probet autem seipsum homo . . . Karissimi, hodierna dies de bonitate et gracia dei illuxit."* Expl.: *„Ipsum turpiter eiecerunt . . ."*

13. F. 224'—226'. R. **Sermo de novo sacerdote** (incompl.).

Inc.: *„Cuius est ymago hec . . . Verba proposita scripta sunt in ewangelio Matth. et possunt esse cuiuslibet fidelis anime."* Expl. (per verba): *„Ipse hodie elegit et invenit."*

F. 227—238' script. vacant.

14. F. 239—241. **(Sermo de visitatione B. M. V.,** incompl.)

Inc.: *„Exurgens Maria abiit . . . In illo ewangelio tria principaliter exponentur: primo Marie visitacio."* Expl. (per verba): *„Cum ipsa regina misericordie . . ."*

15. F. 241'—252'. R. Incipit **tractatus de reformacione hominis et primo de ymitacione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi (Thomae a Kempis, De imitatione Christi, l. I.)**

Praemissis capitulis opus inc.: *„Qui sequitur me . . . Hec sunt verba Christi, quibus ammonemur."* Expl.; *„Vim intuleris. Tu autem domine . . ."*

F. 253—274' script vacant.

427

Chartac. s. XV.; f. 190; 30,3×21 cm; col. 2; man. I; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; teg. ant. b in schedula membr. adligata: titulus codicis, s. XVI. in.; f. a cap. b: registrum sermonum in hoc codice contentorum, s. XV.; f. 1: *„Liber sancte Marie virginis in Newburga Claustrali,"* s. XV.

1. F. 1—153'. (Titulus legitur in teg. ant. b:) R. **Sermones aliquot de sanctis magistri Nicolai Dinkelspüchel.**

R. **Sermo de angelis.** Inc.: *„Angeli eorum in coelis . . . Quamvis non videamus apparicionem angelorum."* Expl.: *„Et fortiter diligebat. Amen."*

F. 154—156' script. vacant.

2. F. 157—190'. R. Incipit **tractatus super oracionem dominicam (per magistrum Nicolaum Dinkelspühel compilatus).**

Inc.: *„Si quid pecieritis . . . Sanctus Crisostomus super illo Math. 7º."* Expl.: *„In Sion, i. e. in celesti patria, ad quam nos perducat . . ."*

Idem tractatus extat in cod. 370 (4).

428

Chartac. s. XV. in.; f. 238; 29,6 × 21 cm; col. 2 except. f. 129—137 et 139'—141; man. plur.; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. a cap. a' et b: glossae ad varias s. scripturae locos; f. a cap. b: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 27. Octobris 1656."*

1. F. 1—123. **(Postilla Conradi de Waldhausen.)**

Inc.: *„Adventum domini recolentes, scientes eum venisse in carne."* Expl.: *„Ut vivat in presenti vita gracie et in futura vita glorie, quod nobis prestet . . ."*

Idem opus extat in cod. 233 (11).

2. F. 123—129'. **(Tabula alphabetica ad opus praecedens.)**

3. F. 129'—137. **(Alexandri de Villa Dei summa sive argumenta capitum omnium bibliorum utriusque testamenti cum glossis.)**

Inc.: *„Sex | prohibet | peccant | Abel | Enoch | archa | fit | intrant."* Expl.: *„Flebunt | ad cenam | surgent | sponsam | venio iam."* Glossae inc.: *„Sex opera dierum."* Expl.: *„Dixit sponsus."*

Cf. cod. 193 (3). — Sequitur breve additamentum.

4. F. 137—138. **(Versus de argumentis et de serie librorum bibliae.)**

Inc.: *„Genesi Moyses celum."* Expl.: *„Iudas, Apocalypsis."* R. **Summa capitulorum biblie: MCCCXXIX.**

F. 138—138' summarium librorum bibliae exhibetur, inc.: *„In primo libro, qui Genesis dicitur, determinatur mundi creacio."*

F. 139 sine scriptura.

5. F. 139'—141 **(Glossae in varios locos s. scripturae.)**

F. 141'—143' sine scriptura.

7. F. 144—157'. **(Petri Alphonsi disciplina clericalis.)**

R. Incipit sequentis tractatus prologus Petri Aldefulsi, phylosophi. Inc.: *„Dixit Petrus Aldefulsi, servus Christi."* Opus inc.: *„Enoc, phylosophus, qui lingua arabica cognominatur Edric."* Expl.: *„Perfrui in aula celesti, prestante . . ."*

Ed. Migne P. L. t. 157 col. 671—706. — Novissime edidit Alfons Hilka et Werner Söderhjelm in Acta soc. scient. Fennicae, t. 38 n. 4. Idem opus extat in cod. nostro 934, in hac editione critica memorato. **Petrus Alphonsi,** prius Iudaeus Moyses appellatus, medicus, a. aetatis 44. ad fidem Christi conversus. — Opus disciplina clericalis ex arabico in latinum translatum, 30 fabulis illustratum, primum prodiit Parisiis 1824. Cf. Hurter IV, 6 sq.; Fabricius-Mansi V 239.

8. F. 157'—172. **(Sententiae quorundam philosophorum.)**

Inc.: *„Dum quidam stolidus audiente Pictagora."* Expl.: *„Non posse pati divicias etc. Amen."*

Continentur sententiae Pseudo-Senecae ex libro de quatuor virtutibus, cuius auctor est Martinus Dumiensis, abbas et archiepiscopus Bracarensis, edit. a Migne P. L. t. 72 col 23 — 27 et ex operibus Pythagorae, Ciceronis, Senecae et aliorum.

9. F. 172—176'. Inc.: *„Quoniam, ut dicit Seneca, conmunis mos nature est, quod omnes appetimus esse beati."* Expl.: *„Deus, cuius sola fruicio solius plena faciat nos esse beatos. Amen."* R. Explicit **dyalogus concupiscencie et racionis de bonis moribus (Engelberti Admontensis).**

Idem opus extat in cod. 934 (8).—Ed. Ratisbonae a. 1725. — Cf. Wichner III. 528.

10. F. 177—181. **(Isidori, Hispalensis episcopi, synonymorum lib. I.)**
Prol. I. inc.: *„In sequenti hoc libro, qui nuncupatur Synonima."* Prol. II. inc.: *„Venit nuper ad manus meas cedula."* Opus inc.: *„Anima mea in angustiis est."* Expl.: *„Hic salvus erit etc. Amen."*

Ed. Migne P. L. t. 83 col. 825—846.

11. F. 181'—192. Inc.: *„Volventi michi multa ac varia."* Expl.: *„Fiat, ut speramus etc.* R. Expliciunt **Soliloquia (s. Augustini episcopi).**

Ed. Migne P. L. t. 32 col. 869—904.

Sequitur versus: *„Eque scribentis sit vita salusque legentis.*
Lector, amore dei sepe memento mei."

12. F. 192'—198. **(Isidori, Hispalensis episcopi, synonymorum lib. II.)**
Inc.: *„Queso te, anima, obsecro te."* Expl.: *„Semper (!) vitam meam places . . . Amen."*

Ed. Migne P. L. t. 83 col. 845—868.

Sequitur versus librarii: *„Ac homo, si scires, quid esses et unde venires,*
Nunquam gauderes, sed omni tempore fleres."

13. F. 198'—201. Inc.: *„Magister Alanus, peritus quondam in multis scienciis."* Expl.: *„Et in regnum suum captivam duxit captivitatem, cuius regni non erit finis . . . "* R. Explicit **compendium Anticlaudiani, editum a magistro Alano de humana natura.**

Idem opus extat in cod. 131 (8).

14. F. 202—216. R. Incipit **soliloquiorum (liber Pseudo-) Augustini.**
Inc.: *„Agnoscam te, domine, cognitor meus."* Expl.: *„Ut aquile canos meos. Omnis potencia, omnis magnificencia, omnis beatitudo, omnis clemencia sit deo patri . . . "*

Ed. Migne P. L. t. 40 col. 863—898. — F. 216'—217 additamentum exhibetur.

15. F. 217—232. R. **Liber Innocencii (III.) pape de contemptu mundi.**
Inc.: *„Quare de vulva matris egressus sum. Si talia est locutus de se, quem deus sanctificavit in utero."* Expl.: *„Sulphur et ignis ardens in secula seculorum. Amen."*

Ed. Migne P. L. t. 217 col. 701—746. — Idem liber extat in cod. 194 (7) et 265 (7).

In fine versus scriptoris:

„Explicit ingentis hominum liber iste doloris,
Qui scelus erroris exstirpat, probra gementis."

16. F. 232'—233'. **(Tractatus de praedicatione.)**

Inc.: *„Predicacio est oracio salutem anime perswadens."* Expl.: *„Si assidua, vilescit. Hec de predicacionis doctrina sufficiant."*

17. F. 233'—235'. **(Glossae in varios s. scripturae locos.)**

F. 236—238' script. vacant.

429

Chartac. s. XV. (f. 1—267': a. 1430); f. 304; 30×21,3 cm; col. 2; man. III; ligat. rec.; litterae initiales rubrae, maiores cum ornamentis; f. a cap. b' membr.: *„Dominus Leopoldus Maydl"*; inferius index contentorum et: *„Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 12. Iunii 1656"*; f. a cap. c et c' membr.: index initiorum sermonum sequentium.

1. F. 1—52. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de dilectione dei.)**

Inc.: *„Scribitur Mathei 22⁰, quod cum quidam legisdoctor."* Expl.: *„Intuitive visionis nos participes efficiat Iesus Christus . . ."*

Eundem tractatum vide in cod. 341(1), 370(2).

F. 52 et 52' exhibetur additamentum.

F. 12': nota de anima magistri Ioannis de Muldarff, de quo cf. Aschbach a. c. I, 429.

2. F. 52'—122. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de decem praeceptis.)**

Inc.: *„Preter precepta legis nature communia ut sunt illa."* Expl.: *„Digna premio glorie sempiterne, ad quam . . ."*

Idem tractatus extat in cod. 341 (1), 370(2).

3. F. 122'—171'. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de octo beatitudinibus.)**

Inc.: *„In ewangelio, quod legitur in festo omnium sanctorum."* Expl.: *„Largiatur nobis omnipotens dominus. Amen."*

Idem opus extat in cod. 341 (8), 370(5).

4. F. 172—267'. **(Nicolai de Dinkelspühel tractatus de septem vitiis et virtutibus.)**

Inc.: *„Homo quidam fecit cenam magnam . . . Notandum, quod, ut docet magister 2⁰ Sentenciarum distinccione prima, deus a principio hominem ad hoc creavit."* Expl.: *„Qui talia ignorant. Et sic est finis istius operis anno incarnacionis M⁰CCCC⁰XXX⁰ feria 2ª ante Lucie."* (R. alia manu:) *„Completus*

est iste liber sub anno incarnacionis domini M⁰CCC⁰ tricesimo in alma universitate Wyennensi, sub rectoratu eximii doctoris necnon reverendi magistri Pauli (Päurl) de Wyenna, de quo dominus deus gloriosus sit in secula seculorum benedictus. Amen."

Alia recentiore manu: „*Item septem vitia per septem dona spiritus sancti expugnare debemus.*"

Cf. Aschbach I 582. — F. 268 et 268' script. vacant.

5. F. 269—288'. R. Incipit **symbolum apostolorum collectum per venerabilem magistrum Nicolaum de Grecz** (incompl.).

Inc.: „*Quicunque homo habens usum racionis.*" Expl. (per verba): „*Omne desiderium nostrum . . .*"

F. 288'—289' epilogus ad tractatum praecedentem exhibetur, qui inc.: „*Fides recta est necessaria*" et expl.: „*Quod apostoli colligerent articulos fidei.*"

6. F. 289'—293'. **(Nicolai de Dinkelspühel sermo de ingratitudine.)**

Inc.: „*Sacra scriptura improperat populo iudaico vicium ingratitudinis.*" Expl.: „*Sed quibus reddat premia sempiterna . . .*"

Cf. Kropff. o. c. 178.

7. F. 294—297. R. **Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum ewkaristie et de remediis eorundem ex dictis sancti Thome de Aquino feliciter incipit.**

Inc.: „*Primum periculum est, quod si sacerdos morte.*" Expl.: „*Quam preceptum, quod a ieiunis summatur.*"

Editiones vide ap. Hain n. 1375—1384. — F. 297'—300 script. vacant.

8. F. 301—303'. R. **Epistola sancti Thome (de Aquino) de Iudeis ad peticionem comitisse Flandrie** feliciter incipit:
„*Illustri domine etc. frater Thomas de Aquino . . . Excellentissima domina, vestras recepi litteras, ex quibus et piam solicitudinem, quam habetis erga regimen subditorum.*" Expl.: „*Peritorum sentenciam magis esse tenendam.*" (R.) **Epistola etc.**

Ed. in Opera omnia Paris. 1660, t. XX, 843—845.

Cf. Grabmann, Die echten Schriften des hl. Thomas von Aquin, l. c. p. 219 sq.

F. 304 et 304' scriptura vacant.

430

Chartac. s. XV.; f. 462; 29×21,5 cm; col. 2 (except. f. 431—460'); man. III; ligat. rec.; litterae initiales rubrae.

1. F. 1—385'. Prologus inc.: „*Quoniam die noctuque psalmi incliti prophete et regis David versantur in ore nostro.*" Lectura inc.: „*Quia, ut ait glossa Remigii, in hoc libro psalmorum consummacio est tocius theologice pagine.*" Expl.: „*Reliqua non mutantur.*" R. Explicit **lectura prime quin-**

quagene psalmorum reverendi magistri Nycolai de Dinckelspühel, sacre theologie doctoris eximii, sicut idem legit pro suis cursibus.

2. F. 385'—424'. R. Item hic inmediate secuntur **dicta eiusdem (Nicolai de Dinkelspühel), doctoris, super psalmos horarum.**

Inc.: „*Deus in nomine tuo salvum me fac . . . In libro Regum legitur, quod David fugiens a facie Saul.*" Expl.: „*In omnibus gentibus invenitur.*"

Aschbach non memorat hunc tractatum.

Sequuntur sententiae morales.

F. 425—430' script. vacant.

3. F. 431—460'. **(Commentarius ad c. XXI. Conc. Lat. IV. „Omnis utriusque sexus".** Decr. Greg. IX. L. V. Tit. XXXVIII c. XII.)

Inc.: „*Omnis utriusque. Illud capitulum dicit hoc in summa: Quilibet doli capax tenetur semel in anno confiteri sua peccata.*" Expl.: „*Illud, quod dicit, probare.*"

F. 461 script. vacat.

4. F. 461'—462'. **(Distributio psalmorum per hebdomadam.)**

431

Chartac. s. XV. (a. 1455); f. 457; 30,7×21,1 cm; col. 2; man. I; ligat. rec.; f. 14 in littera initiali imago auctoris in cathedra docentis coloribus variis picta, reliquae litterae initiales rubrae; f. a cap. b et b', f. ad calc. a et a' (membr.): fragmenta tractatus philosophici, s. XIV.

F. 1—12'. **(Registrum operis sequentis.)**

F. 14—455. Prol. inc.: „*In nomine patris . . . Cum desiderarem vestris caritatibus deservire.*" Opus inc.: „*In prima distinctione magister tractat de sacramentis in generali. Propter quod sit questio prima talis, utrum in quolibet hominum statu fuerint aliqua sacramenta.*" Expl.: „*Et nos apparebimus cum ipso in gloria, ad quam nos perducat Iesus Christus . . .*" R. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto in die sancti Sixti pape finita sunt **dicta quarti sentenciarum edita per eximium doctorem Nicolaum de Dinckelspuchel,** theologie professorem etc. Laus deo, pax vivis, requies eterna defunctis etc. Amen.

F. 456—457' script. vacant.

432

Chartac. s. XV. (f. 97—162': a. 1415); f. 167; 31,2×02,7 cm; col. 2; man. III; litterae initiales rubrae; f. a cap. b, 60', 167': „*Liber sancte Marie in Neunburga Claustrali*", s. XV.; f. 1: „*Can. reg. Claustroneoburg. bibliothecae iure inscriptus 9. Iulii 1656*"; folia ultima tineis laesa.

1. F. 1—91 et **97—162'. (Nicolai de Dinkelspühel lectura in secundum librum sententiarum.)**

Inc.: „*Utrum creacio sit possibilis? Quod non. Impossibile est, aliquid fieri ex nichilo.*" Expl.: „*Raciones a principio facte patent ex dictis et sic est finis. Laus eterne trinitati . . .*" (R.) Anno domini M^oCCCCXV finitus est liber iste in die sancti Leonhardi ante festum sancti Martini.

In fine versus: „*Nomen scriptoris, si tu cognoscere velis. P tibi sit primum, t medium trusque supremum.*"

2. F. 91—94'. **(Sermones quadragesimales et in honorem B. M. V.,** incompl.)

Inc.: „*Ductus est Iesus in desertum . . . Consuetudo est inter nobiles, quod quando aliquis bellum mortale ingreditur.*" Expl. (per verba): „*Exordium nostre redempcionis . . .*"

F. 95—96 et 163—197' script. vacant.

433

Membr. s. XIII.; f. 122; 30,4×23 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; f. 1, 65, 122: „*Liber sancte Marie in Newburga Claustrali,*" s. XV.; f. 1: „*Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae inscriptus 4. Novembris 1656*"; inter f. 108 et 109 quatuor folia excisa sunt.

F. 1—122. **(Ioannis de Abbatisvilla summa de sermonibus dominicalibus super epistolas et evangelia.)**

Prol. inc.: „*Cum sacrosancta mater ecclesia sancto premonstrante spiritu.*" Opus inc.: „*Cum appropinquasset Iesus Ierosolimis . . . Evangelinm istud deservit duabus dominicis.*" Expl.: „*In tribulationibus dominum laudans.*"

In marginibus scriptores et aliae manus s. XIII. notas varias adiecerunt.

Idem opus asservat bibl. Bamberg.; cf. Leitschuh o. c. I, 478.

Ioannes de Abbatisvilla (Algrinus), archiepiscopus Bisuntinus et cardinalis, † a. 1237. — Cf. Fabricius-Mansi I, 1; Linhart 305.

434

Chartac. s. XV.; f. 179; 31×21 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae et caerulae; teg. ant. b in schedula adglutinata membr.: titulus codicis, s. XV.; f. 1, 81, 179': „*Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali.*"

1. F. 1—3'. **(Tractatus de septem vitiis capitalibus,** incompl.)

Inc.: „*Hec est via, ambulate in ea . . . Magnam facit misericordiam ac humilitatem, qui vagabundam (!) dirigit.*" Expl. (per verba): „*Ideo abhominabilis est et fugienda . . .*"

Idem opus extat in cod. 376 (1).

2. F. 3'—168'. **(Sermones de tempore Simonis de Cremona.)**

Prol. inc.: „*Frater Symon de Cremona . . . Viro magne honestatis, maioris caritatis, maxime castitatis Pantonio (!) . . . Quia divina coadiuvante gracia.*“ Sermones inc.: „*Abiciamus ergo opera tenebrarum . . . Doctor egregius, doctorum speculum, Augustinus.*“ Expl.: „*Qui eciam nos transtulit in regnum dileccionis filii, ad quod . . .*“

Idem opus extat in cod. 376 (2).

3. F. 169—179. **(Index alphabeticus operis praecedentis.)**

435

Chartac. s. XIV. et XV. in.; f. 312; 29,7×21 cm; col. 2; man. plures; ligat. rec.; litterae initiales rubrae, plurimae desiderantur; f. a cap. b' et f. ad calc. a: fragmenta tractatus philosophici, s. XIV.; f. 1, 175, 312': „*Liber s. Marie virginis in Newnburga Claustrali,*“ s. XV.; f. 1: „*Can. reg. Claustroneoburgensi bibliothecae iure inscriptus 31. Octobris 1656.*“

1. F. 1—194'. Inc.: „*Videte, quomodo non solum michi laboravi . . . Quamquam, dilectissimi, duplex sit labor.*“ Expl.: „*Quia affuit principio misericorditer, medio et fini liberaliter in secula seculorum. Amen.*“ R. Expliciunt **collecta super epistolas dominicales per circulum anni reverendi magistri Mathie de Legnitz,** finita etc. in vigilia Augustini.

Hoc opus non est editum. — Idem opus extat in cod. nostris 436 et 447(1).

Mathias de Legnitz (Liegnitz), in facultate artium Pragensi decanus et s. theologiae professor a. 1400. — Cf. Hurter IV, 619 et Franz in Katholik 1898 I, 2 9.

2. F. 195—290. **(Nicolai de Gorran postillae in psalterium,** manc.)

Prol. inc.: „*Laudacionem domini loquetur os meum . . . Loquens sapiens de spiritu sancto.*“ Opus inc.: „*Beatus vir. Secundum glossam prohemialem totalis liber iste psalmorum in tres partes dividitur.*“ Expl. (per verba): „*In solitudinibus.*“

Cf. Denis II 210; de auctore cf. cod. 14 (1).

3. F. 291—312'. R. Incipiunt exercitationes quedam specialiter pertinentes ad statum religiosorum et monalium, excepte de quodam libello intytulato Consilium amoris, quem edidit in lingwa theotunica vir quidam religiosus ordinis Cysterciensis nomine Guettolfus et eum direxit cuidam sancti moniali eiusdem ordinis nomine Margareta. Inc.: „*Status presentis vite est status mutabilis et variabilis.*“ Expl.: „*Non mittendus canibus.*“ R. Explicit **libellus, qui intytulatur Consilium amoris, extractus de quodam libello eiusdem tytuli, quem edidit in theonica lingwa frater quidam Guettolfus**

nomine, ordinis Cysterciensis et ipsum cuidam sanctimoniali eiusdem ordinis pro eius erudicione direxit.

In marginibus variae annotationes in lingua latina et germanica.

De auctore **Gutolfo,** monacho in monasterio S. Crucis in Austria s. XIII., cf. Xenia Bernardina III, 82 et Watzl, Die Cistercienser von Heiligenkreuz, Graz 1898, S. 8 ff; Schönbach in Sitzungsberichte t. 150 opus nostrum, Consilium amoris, non memorat. Grammaticam Gutolfi habes in codice nostro 699 (f. 71—210') s. XIV. ex.

436

Chartac. s. XV. (a. 1423); f. 265; 31×21,5 cm; col. 2; man. I (Thomae Paungartner); ligat. rec.; litterae initiales rubrae, tantummodo in fol. 1, reliquae desunt; f. a cap. b': fragmentum litterarum emptionis vineae per Rudolfum Angervelder in Salmannsdorf a. 1405; f. ad calc. a et a': fragmentum hebraicum s. XIV.; f. 1, 141, 265': *„Liber sancte Marie in Newnburga Claustrali,"* s. XV.; f. 1: *„Ex bibliotheca can. reg. Claustroneoburgensi 28. Iunii 1656."*

F. 1—265. Inc.: *„Videte, quoniam non michi solum laboravi . . . Quamquam, dilectissimi, duplex sit labor."* Expl.: *„Quia affuit principio misericorditer, medio et fini liberaliter in secula seculorum. Amen."* (R.) Expliciunt **collecta super epistolas dominicales per circulum anni reverendi magistri Mathie de Legnicz,** finite sub anno domini M⁰CCCC⁰ vicesimo tercio in die sabbati post festum Mathei per Thomam Paungartner.

Idem opus extat in cod. 435 (1).

437

Chartac. s. XIV.; f. 122; 29×21,5 cm; col. 2; man. I; ligat. rec.; litterae initiales rubrae; teg. ant. b: titulus codicis s. XV.; f. 1, 74, 121': *„Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali,"* s. XV.

1. F. 1—112. **(Expositiones evangeliorum et epistolarum per circulum anni.)**

R. Dominica in adventu domini. Inc.: *„Hora est, nos iam de sompno surgere . . . Est igitur apud homines approbata conswetudo."* Expl.: *„Nemo potest venire ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum. Procede sicut vis, benedictus dominus noster Iesus Christus . . ."*

In fine versus scriptoris: *„Finis adest operis, mercedem posco laboris."*

2. F. 112'—117'. R. **Tabula huius libri.**

3. F. 117'—121'. **(Alberti Magni tractatus sive sermones de sacrosancto corporis Christi sacramento, sermo I—VI.)**

Inc.: „*Venite, comedite panem meum . . . Hiis verbis dominus nos invitat ad salutare convivium.*" Expl. (cap. VI.): „*Resuscitabo eum in novissimo die . . .* "

Opus completum v. in codicibus nostris 519(2) s. XV., 540(3) s. XV. et 550(3) s. XIV.

Edit. b. Alberti Magni Opera omnia, Lugduni 1651, t. XII, 249—259, et s. Thomae Aquinatis Opera omnia, Parisiis 1660, t. XVIII, 795—802.

438

Chartac. s. XIV. ex.; f. 224; 29,5×21 cm; col. 2; man. I principalis (Bartholomaei dicti Neger); ligat. antiqua lign. corio obducta et restaur., s. XIV. ex.; litterae initiales rubrae; teg. ant. a in schedula agglutinata: titulus codicis, s. XVI.; teg. ant. b, f. ad calc. a et a': glossae et adnotationes variae, s. XV.; f. 1, 115, f. ad calc. a: „*Liber sancte Marie virginis in Newnburga Claustrali,*" s. XV.

F. 1—224'. Inc.: „*Erunt signa in sole . . . Ad natalicia celebranda conswevit antiquitus quilibet se prepare.*" Expl.: „*Inveterato largiatur propicius, qui . . .* " (R.) Expliciunt **postilie ewangeliorum dominicalium et maiorum festivitatum, edite a reverendo magistro fratre Alberto de Padua, ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini.** Conplete feria post dominicam ascensionem per Bartholomeum dictum Neger, clericum Lubucensis diocesis.

Prol. deest. — Editiones vide ap. Hain n. 573—574.

Albertus de Padua, ord. s. August. eremit., Parisiis studiis operam dedit., dein rediit in patriam, in qua orator maxime claruit. Decessit a. 1323 vel 1328. — Cf. Hurter IV, 400; Ossinger 668—670, qui cod. nostr. memorat.

439

Chartac. s. XIV. ex.; f. 225; 29,3×21 cm; col. 2; man. I principalis; ligat. rec.; initiales rubrae et virides. In marginibus maniculae varie delineatae et pictae.

1. F. 1—205. R. **Pustilla Iohannis de Villaabbatis (Abbatisvilla) super epistolas et ewangelia dominicis diebus per totum annum,** pars hyemalis.

Prol. inc.: „*Cum sacrosancta mater ecclesia sancto premonstrante spiritu.*" Opus inc.: „*Sciendum, ergo, quod tempus adventus dominici, quod in ecclesia celebratur, in 4 dominicas est distinctum.*" Expl.: „*In tribulacionibus deum laudans, qui . . .* " (R.) Finis adest operis etc. Explicit pars estivalis.

Idem opus extat in cod. 433.

2. F. 205'—225. R. **Sermo de assumpcione gloriose virginis Marie magistri Hainrici de Hassia.**

Inc.: „*Quasi cedrus exaltata sum . . . Scribitur Ecclesiastici 24. et legitur in ecclesia communiter ad laudem dei genitricis.*" Expl.: „*In gloria, quam . . .*"

Idem sermo extat in cod. 388 (3).

F. 225' exhibentur versus lat. alia recentiore manu script., inc.: „*Quod sonat hoc nomen Nabuchodonosor, videamus.*"

440

Membr. s. XIII. et XIV. (f. 81—180'); f. 260; 28×20 cm; col. 2; man. plur.; ligat. rec.; initiales rubrae et caeruleae, multae desiderantur; f. a cap. b et b': fragmenta gradualis cum neumis, s. XII.; f. 128': „*Liber beate Marie in Newnburch,*" s. XV. in.; 181, 260': „*Liber sancte Marie virginis in Newnburga (Newburga) Claustrali,*" s. XV.; f. 1: „*Sum ex libris can. reg. bibliothecae Claustroneoburg. 14. Augusti 1656;*" pars f. 56 et 80 et margines aliquot foliorum abcissi sunt.

1. F. 1 80. **(Hugonis de s. Charo expositio historiae scholasticae Petri Comestoris,** in finem versus manc.)

R. (alia manu s. XIII.) Postille Hugonis super hystorias. Praef. inc.: „*Ecclesiasticus XXIX: Transi hospes, orna mensam . . . Hospes est omnis, qui extra proprium domicilium commoratur, id est omnis homo.*" Expos. inc.: „*Reverendo etc. vitam bonam, scilicet optat. In serie, id est in contextu.*" Expl. (in commentario super Act. XXI per verbum): „*Flagella.*"

Vide Dictionnaire de théologie, t. VII 1 col. 236, sub voce „*Hugues de Saint-Cher*" et: „Scholastik" t. I, p. 61.

In marginibus multae notae. Historiam scholasticam Petri Comestoris vide in codicibus nostris 696 (s. XIII.) et 698 (s. XIV.).

2. F. 81 128. **(Libri quatuor Regum s. scripturae.)**

3. F. 129 - 180'. **(Thomae de Aquino expositio l. I. et II. posteriorum analyticorum Aristotelis.)**

R. (alia manu s. XIV.). Scriptum super Posteriorum fratris Thome de ordine predicatorum. Inc.: „*Sicut dicit Aristoteles in principio Methaphysice, hominum genus arte et rationibus vivit.*" Expl.: „*Sicut scilicet intellectus ad principium scientie et in hoc terminatur expositio libri posteriorum Aristotelis ad onorem Christi, qui est deus benedictus . . .*"

Ed. in Opera omnia Romae, t. I (1882) p. 137—403. — Cf. Grabmann, Die echten Schriften d. hl. Thomas in Beiträge z. Gesch. d. Phil. d. Mittelalt. XXII p. 203.

4. F. 181 260. **(Prisciani institutionum grammaticarum l. 1—16 cum commentario anonymi.)**

Inc.: „*Premissis his, que ad artem sunt, quam docet hic liber, videnda sunt, que auctoris sit intentio.*" Expl.: „*Quippe nam causalis est, nec vero copula.*"

441

Chartac. s. XIV.; f. 162; 29,5 × 22 cm; col. 2; man. una principalis; ligat. rec; initiales rubrae et caeruleae; f. 1, 92, 162: *„Liber sancte Marie virginis in Newburga Claustrali,“* s. XV.

1. F. 1—139'. **(Antonii Parmensis de Azaro postilla super evangelia dominicalia.)**

R. In adventu domini dominica prima. Inc.: *„Cum appropinquasset Iesus Ierosolimis . . . Tempus, quod hodie incipitur, durat usque ad adventum domini.“* Expl.: *„Erat autem proximum pascha etc. Et sic finis huius opusculi domino largiente.“*

Editiones vide ap. Hain n. 1280 et 1281.

De auctore **Antonio Parmensi (Antonio de Azaro vel Azario Parmensi)**, ex ordine praedicatorum, qui floruit s. XIV., cf. Hurter IV, 401, Quetif-Echard I, 529—531.

2. F. 139'—160'. **(Sermones festivales.)**

R. In dedicacione. Inc.: *„Sanctificavi domum meam, quam edificavi . . . Hec verba possunt intelligi dicta a Christo ad patrem et ad quemlibet fidelem animam.“* Expl.: *„Quid de multis missis. Rogemus dominum.“*

F. 161 script. vacat.

3. F. 161'—162'. **(Casus papales et episcopales.)**

R. Hii excommunicentur auctoritate in die cene papali et episcopali. Inc.: *„Primo omnes invasores ecclesiarum.“* Expl.: *„Ab eo temere recedentes.“*

In fine in schedula agglutinata tabula sermonum f. 139'—160' contentorum manu Christophori Lamprechtshauser a. 1507 script.

442

Chartac. s. XIV. (a. 1372); f. 262; 30 × 22 cm; col. 2; man. II (f. 1—25' et 78—282 Conradi); ligat. rec.; initiales rubrae et nigrae, maiores cum ornamentis, nonnullae desunt; teg. ant. b in schedula adglutinata: titulus codicis: *„Walthauser longior,“* s. XV.; f. a cap. b et b' et f. ad calc. a: fragmenta versuum ethymologici argumenti, inc.: *„Vas sit odoriferum“*, s. XIV.; f. a cap. c et c': glossae ad varios s. scripturae locos; f. a cap. b': *„Can. reg. Claustroneoburg. bibliothecae iure inscriptus 14. Aug. 1656“*; f. 1, 146, 262: *„Liber s. Marie virginis in Newnburga Claustrali,“* s. XV.

F. 1—262. Prol. inc.: *„Postillam studencium sancte Pragensis universitatis, ut supra evangelia dominicalia.“* Sermones inc.: *„Cum appropinquasset Ierosolimis . . . Quia hodie sancta mater ecclesia incipit officium divinum, quo per 4^or^ solaris anni tempora Christo suo sponso laudes iubilat.“* Expl.: *„Titulus huius dominice reperitur dominica V. ante nativitatem Christi.“* (R.) Expliciunt

postille domini Conradi (de Waldhausen), pie memorie, per manus Conradi anno domini MCCCLXXII⁰. Amen.

Idem opus extat in bibl. Scotorum Vienn. n. 367. — Non est editum.

De auctore cf. cod. 233 (11) et Rose II 1 p. 409 sq. (n. 526). Rose, rationibus certis suffultus, hanc postillam Conrado de Soltowe auctori ascribit.

443

Chartac. s. XV.; f. 222; 28,7 × 21 cm; man. 1; ligat. antiqua lign., in tergo corio obducta; initiales rubrae, plures desiderantur; f. a cap. a a' et f. ad calc. a a': fragmenta libri missalis, s. XIV. ex.; f. a cap a: *„Can. reg. Claustroneoburg. bibliothecae inscriptus 4. Novembris 1656."* Codex, qui olim canonicarum regul. S. Aug. ad s. Mariam Magdalenam Claustroneoburgi proprius fuisse videtur, memoratur a Zeibig in: Die deutsch. Handschriften in d. Stiftsbibl. Klosterneuburg, Serapeum t. II, 107, n. 76.

F. 1—222. **(Postilla germ. in evangelia a dominica I. adventus usque ad dominicam II. post pentec.,** incompl.)

Inc.: *„Cum adppropinquasset Ierosolimis . . . Also unser herr, der almachtig got, vor anigeng diser welt ym selber ain heyligew magt erwelt."* Expl. (per verba): *„Werr nicht lieb hat die prueder . . . "*

F. 132' nota: *„An dem carfreitag hincz auf den ostertag list man den paszyon, den der erwirdig geistleich herr maister Peter von Haszellpach gedewchczst hat."* **Vide cod. 845.**

444

Chartac. s. XIV.; f. 221; 28,5 × 20,4 cm; col. 2; man. III (I f. 1—59' Stephani de Styria); ligt rec.; initales rubrae; f. 1, 109, 221': *„Liber sancte Marie virginis in Neuburga Claustrali,"* s. XV.

1. F. 1—59'. R. Incipiunt hic **postille** Egidii (recte: **Hugonis de s. Charo super evangelia dominicalia et festivalia.)**

Inc.: *„Cum approqinquaret Iesus Ierosolimam . . . Recepta unccione in Bethania."* Expl.: *„Intercessione ergo istorum parvulorum, quorum sollempnia columus, tribuat nobis . . . "* (R.) Expliciunt postillae Egydii per manu Stephani, scriptoris de Styria civitate etc. Puntschůch (rubricator) . . .

Reliqua verba exstincta sunt.

Idem opus extat in bibl. univ. Prag., v. Truhlář II 176, n. 2114.

2. F. 59'—60. **(Sermo in festo s. Stephani,** incompl.)

Inc.: *„Iustorum anime in manu dei sunt . . . In verbis istis,que scripta sunt in libro Sapiencie de solempnitate sive translacione sanctorum corporum, scilicet beati Stephani."* Expl. (per verba): *Vir quidam senex statura, vultu decorus, barba prolixa.* Alia manu: *„Cetera quere in Peregrino de tempore in fine libri."*

F. 60' script. vacat.

3. F. 61—140'. R. Incipit **quadragesimale Egidii (?) compendiosum.** Inc.: *„Cum ieiunatis, nolite fieri sicud ypocrite tristes . . . Superius diswasit duplicitatem ypocrisis ab oracione et elemosina."* Expl.: *„Inplevit figuras omnes et promissiones legis Mosayce etc."*

F. 141—145' scriptura vacant.

4. F. 146—146'. **(Sermo in illud:) Principes populorum congregati sunt.** Inc.: *„Hec possunt convenire huic congregacioni."* Expl. (per verba): *„Ut sic mereamur hodie vivere."*

F. 147—147' script. vacant.

5. F. 148—150. **(Sermones in festo resurrectionis.)**
Inc.: *„Iesum queritis Nazarenum . . . Legitur in ewangelio, quod Maria Magdalena et Maria Iacobi et Maria Salomee venerunt ad monumentum."* Expl.: *„Obediens fueris deo et tuo prelato . . . "*

F. 150'—151' script. vacant.

6. F. 152—153'. **(Index capitulorum operis sequentis.)**

7. F. 154—218. R. **Gesta Romanorum.**
Inc.: *„Dorotheus imperator statuit pro lege, quod filii parentes suos sustentarent."* Expl.: *„Et (si) ista fecerimus, vitam eternam obtineamus."* (R.) Expliciunt Gesta.

Idem opus extat in cod. 168 (2). — Editiones vide ibidem.

8. F. 218'—221'. **(Sermones de resurrectione Christi.)**
Inc.: *„Mane nobiscum . . . Hec verba possunt dicere, qui modo in cena etiam in parasceve et in pasca."* Expl.: *„Introite portas eius in confessione. Rogemus . . . "*

In fine formula medicinalis pro febricitantibus, s. XIV. ex.

445

